Ars Versificatoria Ioānis

Despauterij Niniuitæ Bergarum apud Diuum Guinoccum Ludi magistri.

Præmissa Isagoge Ascensiana

II. 542. h.

VEnundantur a Iohanne petit in vico sancti Iacobi sub aurei Lilij intersignio

Liber probatis Collegii Lovanii Societ. Jesu.



W woluminie kolejno współoprawne sygnatury:

SD 782 II

SD 783 II

SD 784 II

SD 785 II

9620/69

Dar Kuratorjum Okr. Szk. Poznańskiego.
Z księgozbioru Gimn. im. Marji Magdaleny w Poznaniu.
1930.

Ars Dersificatoria Ioānis

Despauterij Niniuitæ Bergarum apud Diuum Guinoccum Ludi magistri.

Præmissa Isagoge Ascensiana

II. 542. h.

Venundantur a Iohanne petit in vico sancti Iacobi sub aurei Lilij intersignio

Collegii Posnan. Societ. Jesu

In laudem artis versificatoriæ doctissimi viri Io. Nini uitæ carmen Iacobi papæ ad lectorem.

Quisquis est ausonios cupiens contexere versus:
Hoc eme metrificę nobile legis opus.
Syllaba quanta docet:vel qualis rite locanda:
Et qua iam versus arte regendus erit
Confiteor fuerant doctorum scripta virorum
Manca:sed hęc studio sunt stabilita bono.
Quicquid habẽt sacræ congesta volumina frugis.
Hanc nouus ingenti fœnore reddit ager.
Contrectare diu decet omni euoluere noctu:
Versibus vtilior non liber esse potest.
Hunc lege:ne vanis excedant tempora rebus:
Et data sub memori dona reconde sinu.

Hexastichon Liuini Crucij Enomij in artes versificatoriã Ioannis despauterij Niniuitæ.

Si iuuet ausonia musas celebrare camœna.
Si iuuet orphæis plectra sonare modis:
Linque sacros haustus Heliconis:linque liquores:
Desine sopniferis sępe cubare iugis.
Hic heliconis erit fons hic parnasia rupes
Ora riges vigil hoc sit tibi monte labos.

Iodoci Badij Ascensij in artem versificatoriã Isagoge seu introductio facillima.

S.D.782.II
962069
N. 406 5362

Versus seu carmẽ est certũ syllabarũ:temporuꝫ:pedũꝫ metrum.i.mensura. In vulgatis autẽ versibus syllabæ sunt duæ aut tres:interduꝫ quattuor breues. Tempora tria ãt quattuor. Nam breuis syllaba habet vnum tẽpus:longa duo:diphthongus & communis syllaba vnũ & semis:sed in carmine sẽper vnũ aut duo. Pædes autẽ quinꝫ aut sex Qui sic colliguntur : aut duę sunt syllabæ:aut tres in pede:aut interdum quattuor breues:vt in ꝓceleumatico. Si duæ:aut ambæ sunt breues:& sic non perficit pedem in certis versibus:quia non essent nisi duo tꝑa:sed in antiquis fit pyrrhichiꝰ vt deus:aut ambæ longę:& est spondęus vt currũt:aut prior tm̃ lõga & est Trochęus vt arma:aut posterior tantuꝫ longa & est iambus: vt amant Si tres syllabę:aut igit̃ tres longæ:& faciunt plus q̃ pedem: qa sex tempora:cum in pede trito non sint nisi quattuor:aut tres breues & dicitur tribrachus vt legere:aut duę longę & vna breuis:& sic faciunt plusq̃ pedem quia quinꝫ tempora:aut vna tantum longa vel ergo prima :& est dactyllus vt currere:aut vltima & est anapæstꝰ vt repetunt:aut media:& sic est amphibrachus vt amate:sed eo raro metimur vulgata carmia:eo ꝙ ex breui & longa dicimus iambũ confici.

De pedum vsu.

¶Ex his in exhametris & asclepiadeis. Vtimur proprie dũtaxat duobus dactylo & spõdęo:& licẽter ꝓ celeumatico:i pẽtamætris elegiacis totidẽ & si aliter metiri voluerimꝰ anapęsto:vt suis locis dicã. In pẽtametris sapphicis tribꝰ. Trochęo spõdęo & dactylo. Vide paulo infertius pedum sedes.

De syllabarum quantitate regulę generales ad dimensionem carminum conducentes.

Quantitas in est soli vocali:cognoscituꝫ per regulã de ipsa vocali si sola sit ãt vltima:aut per litteras cũ ea: aut post eã in eodem versu positas.

¶Vocales solę & monosyllabę producunt̃:vt a.e.i.o.u.da mnade.prę.di.si.ni.sto.flo.pro.prętereꝫ pro &.ve pro vel.ne ꝓ an.re autẽ nõ ponitur in fine.

¶Vocalis cum vocali.i.dipthongus producit̃:vt aut heu.vęh.fœnũ vbiꝫ nisi sequat̃ vocalis:vt pręeo.pręustus.vehemens &c.

¶Vocalis:ante vocalẽ corripitur fere latinis : vt deus meus.pręter e inter duo i quintę:& fio dum non sequitur ex:& gtm̃ in ius qui cõis ẽ pręter alius semper longum:& alterius semper correptũ.in gręcis fere ꝓducitur:vt aer.dius.troes:

¶Vocalis añ duas cõsonãtes saltẽ dũ altera ponit̃ in eadẽ syllaba:aut vnam duplicẽ in eadẽ dictõe positã:ẽ lõga positione:vt currunt aiuns duplices sũt x.z.& inter duas vocales posita añ cõpositionẽ:ita vt cuꝫ

sequenti syllabam faciat: vt aio. dico ante cõpositionem: qa in biiug⁹ est symplex consonans: addo ita &c. quia in tenuia vocalis est.

¶ Si tñ Syllaba sit naturalr breuis: vt accẽtu nosc̃: & sequuntur muta & liquida fit cõis: vt cathedra patris. nõ matris qa mater nosc̃ longa discendo cõmater.

¶ A vocalis finalis in omni casu corripit̃ prẽterq̃ in monosyllabis: & in ablto aut vocatiuo a ntõ in as longum finito: vt ænea palla a pallas antis. non a pallas palladis.

¶ E finalis ꝓducit̃ i omni casu ꝓterq̃ invocatiuo scdę: & ablto tertię.

¶ I finalis in oñi casu ꝓducit̃: ꝓterq̃ in dtõ & vt vtõ grẽcanio tertię.

¶ O finalis in omni casu producitur: prẽterq̃ in nomiatiuis latinis & in gerundijs: in quibus communis est.

¶ V finalis in omni casu producitur: vt hoc & ab hoc cornu. De consonantibus erunt in vltimis regulæ.

De vocalibus añ consonãtes regulę gñales.

AS olum trahit l quoꝙ & dissillaba manas.
E dissyllaba d. simul l tardant: sed & N. S
T qꝙ vel v conso. cætera corripiunt.

I tardant d vel l N & S. ceu consonitans v.

M vel r in dissyll. cætera: cętera corripiunt.

O Bogomoso dissyllaba d modo tardant.

V rapiunt b. l. p. polysyllabat: neqꝙ solum v.

¶ A in primis corripitur añ omnes consonantes simplices in primis: prẽterq̃ añ i. & prẽter dissylaba ante m. n. s. ¶ E corripitur ante omẽs consonantes simplices in primis: præter dissyllaba d & l. & prẽterq̃ añ N. S. T. & V cõsonãtẽ. ¶ I quoꝙ corrpit̃: prẽterq̃ añ D. L. N. S. & V cõsonantẽ: & prẽter dissyllaba in M. & R. ¶ O corripit̃ nisi añ B. G. M. S. & dissyllaba añ d. ¶ V vero producitur nisi ante. B. L. P. & polysylla ba in t & ãte v cũ alia littera: vt pluuianam si sola sit producit̃ vt vua.

De medijs.

AT tardant g vel v medijs: sed cętera curtant
E. c. d. tardant. l. m. n. t. vel v mihi sola
I nisi sit super uvel q possit breuiari.

O medio tardant S. T. sed cætera curtant.

V curtant b vel f. l. p. seu consonitans u.

Dum subsunt medijs: cætera longa dabis.

Excipienda sunt ponentur in ordine normæ.

Nunc satis est primam significasse viam.

¶A in medijs ꝓducit ante G & V consonantē: ante cæteras corripit
¶E ꝓducit in medijs añ C.d.l.m.n.t.v. cōsonātē. añ cęteras corripit.
¶I corripit in medijs ante omnes præterq̄ ante q & v.
¶O producitur in medijs ante S & T. ante cęteras corripitur.
¶V corripit añ b.f.l.p. & u consonātem: ante cęteras ꝓducit. De hac autem re plenior cognitio dabit in sequēti ope cū exceptiōibus quas hic non ponim⁹: quia ꝓpositum solum dare cōes regulas quib⁹ cognitis posset nouitius discipulus versificatorię artis: scādere & dimetiri per pedes diuulgatiora carminuꝫ genera: ad quam rem ꝓdest quoq̄ nosse ea quę iam dicemus.

De ellipsi & Synalœphe.

Ellipsis necat M. perimit synalœpha vocantem.

¶Quod dixi tm̄ duas aut tres syllabas eē in pede vulgati carminis intelligo de syllabis manētibus & non absumēdis dum pedes distinguūtur. Nam qñcūq̄ post M in fine dictionis sequitur in eodem versu vocalis in prīcipio alterius dictionis tunc m cū sua vocali absumitur per ellipsim. vt magnanimum ęaciden &c. scandit sic Magnani: dactylus męaci: dactylus &c. Non tñ sic ꝓnunciabo carmen: sed quasi pro vno pede dicam continue magnanimum &c. Itē quoties post vocalem in fine dictionis seqtur in eodē versu vocalis in principio alterius dictionis tunc p̄cedens vocalis quantū ad metruꝫ absumit. Vt in buc. Phillida amo ante alias: nam me discedere fleuit: scandit sic. Phillida dactylus: mantali. dactylus: as nā. spondæus &c. Causam absumptionis volunt quidam q̄ omnis vocalis ꝓfertur cū aliquali aptiōe oris: m vero cum occlusiōe: ne ergo subito claudere & apire cogeremur: vetitū est ne post m ponat vocalis nisi q̄ absumeret m cum vocali. Et qa ois vocalis os apit: nimius esset hiatus si plures vocales ponerētur continue. Interdum tamen poetę non absumunt: sed licēter de quo suo loco videbitur.

Pedum sedes in hexametro.

¶In hexametro: vt nomē indicat: sex sunt mensuræ: eo q̄ sex sunt pedum sedes singuli aūt pedes heroici carmis metrum faciūt: sicut iābici car. bini: vt alibi videbitur. Sunt aūt tm̄ duo pedes ꝓprij dactylus & spondæus. Nā in vltima sede: qa syllaba cōis vltia semp erit: trocheus dicet spondęus: & in tertia sede si pp cęsuram reperiat iambus dicet spondęus: vt oia vincit amor: & nos cedamus amori. Si tribrachus cēsebitur dactylus. His aūt pedibus duo loci sunt ꝓprij: qntus dactylo: nisi fiat spondaicus q dactyluꝫ in quarto habet spondęū in quinto. & sextus spondęo nisi fiat dactylicus hypmeter. i. in quo supra iustā mēsuram supest syllaba: q̄ sępe p vocalem sequētem absumit apud Maronem. Aliter autē vocales in diuersis versibus nō agunt in se mutuo: causa est mora q̄ fit inter duos versus: Vnde & versus dic⁹ q̄ versus sit

lector a fine vnius ad principium alterius. Reliqui quattuor loci sunt communes: ita vt possint esse quattuor cōtinui dactyli: aut quattuor spondęi: aut tres dactyli & vnus spodęus: aut tres spondęi & vnus dactylus isq; in primo aut secundo aut tertio aut quarto loco positus: aut cōtra aut duo dactyli & totidē spondei: qualitercūq; positi: Sed frequenter & continue est primus dactylus & quartus spondæus Canori etiam sunt duo aut tres cōtinui dactyli si sic positi: vt secūdus aut tertius pes non terminet partem orationis: durissimus autem esset versus in quo secundus sit spondęus partem orationis terminans: vt si sic dicas: Fallere querit fœmina duplex non bene cautos. Accipiet igitur: puer qui q; vltimas syllabas & dicet q; earum tres faciunt dactylum: & reliquę duæ spondęum. deinde diuidet reliquum in quattuor pedes iuxta regulas positas. vt arma virūq; cano: troię qui primus ab oris. Primo accipiet primus ab: dactylū: & oris spondęū: deinde diuidet sic Armavi dactylus rūq; ca. dactylus no tro. spōdæus ięqui spondęus. Si quæras quomodo sciet q; arma nō sit spondęus: qa p regulam de a casuali scit q; ma corripitur: & ita eēt trochęus qui pes nō est in hęroico hexametro sciet. Similiter sciet rūq; non esse spondæum: quia dictū est q; q; pro silt & corripitur Et de reliqs dices. Potest ēt per dictas regulas icipere a capite versus. Etsi vult cōponere carmen: faciet fere vt prima tertij pedis sit vltima dictionis. Sed dedecoro carminum alibi prolyxius dicendum est.

In pentametro elegiaco.

¶ In pentametro elegiaco sunt quinq;: & si volumus ijdē pedes. Nā primi duo pedes sunt oīno ijdē cū hexametri duob⁹ pedib⁹. & deinde seruabitur vna syllaba longa per se: postquā ponent duo dactyli & syllaba q̄ cū priore syllaba faciet spondęū. Aut post duos priores pedes sequetur sēper spondęus cum duobus anapęstis. sic. Oīa dat dñs nec tenet ipse minus: scandit priori mō sic. Oīa/dactyl⁹: dat domi. dactylus: nus est syllaba abūdās. Nec tenet. dactylus. ipe mi. dactiyl⁹ nus & nus est spondęus. Posteriori sic. Omnia dactylus: dat domi. dactylus: nus nec: spondęus: tenet ip. anapestus se minus. anapęstus: q; vltima est communis

In pentametro sapphico

¶ In pentametro sapphico est trochęus spōdęus. dactylus. trochæus spondęus: aut duo trochæi qa vltima est cōis: vt in hymno. Vt q̄. trochæus: ant la: spōdęus. xis reso. dactylus. nare. trochęus. fibris spōdę⁹.

In asclepiadeo.

¶ In asclepiadeo sunt quattuor pedes cum syllaba in medio: sunt em̄ spondęus. & dactylus cum syllaba & duo dactyli: quibus si addat syllaba erit elegiacus vt Mecœnas atauis edite regibus. scandit sic. Mecœ. spondęus nas ata. dactylus. uis: syllaba abundans. edite dactylus. regibns dactylus & cętera.

De practica.

¶ Pro practica autem ratione pauca admonuero. Primo vt facturus poema argumentum seu materiam iuxta vires suas diligat: non enim

natus ad elegiacum carmen tractabit heroicam farraginem. Nã qualitas carminis debet quadrare cum argumẽto. Secundo vt lecta potẽter re: eam totam animo concipiat priusq̃ scribere incipiat. Tertio vt excogitatam debite disponat: nam non omnia quo gesta sunt ordine poetæ dicenda veniunt. Quarto vt quibus carmen suum ditet atq; exornet præparata habeat multo ante: verba & res: itavt quęcũq; legerit apta carmini signauerit & quasi ad manum habuerit: indicio aut repertorio aliquo. Quintovt loca ad scribendum quęrat apta: vt sunt secreta & occlusa. Sextovt tempora mollia: vt sunt post soporem matutina fere: quocirca cæratos habebant olim parietes & stilum quo scribebant q̃ noctu occurrebãt priusq̃ elaberent memoria. Septiovt animum habeat serenum & curis alienis vacuum: & ex lectione alicuius poete cultioris ad consimilẽ cantum prouocatum. Octauo ne sit præceps in componendo. Nono vt sit diligens in castigando: adhibito etiam iudicio bonorum. Et decimo vt sit tardus in edendo: iuxta illã horatij: nonnũq; prematur in annum.

¶ De decem vitijs a pueris in carmine faciendo vitandis admonitio Ascentiana.

Barbara nulla inerit vox aut incongrua metro.
Nulla redundabit: nulla integritate carebit.
Nil trãsponetur Nil confundet male sensum.
Nec rapies longam nec produces breuiandam.
Nec post vocalem nec post m versu in eodem
Partibus at varijs vocalis rite sequetur
Syllaba ni pereat præcedens: vt modo dixi.
Nec succussantes: Nec pones molle crepantes,
Nec paucis numeris tibi multa licere putabis.
Nec tibi propones nisi summos quosq; imitandos.

¶ Vltimo loco monendi sunt pueri vt conficiendis versiculis vitẽt ducem vulgatavitia. Primo ne barbarũ aut incõgruum q̃cq̃ admisceant vt sunt bladum: guerra. miserere nobis. decẽ milia viri &c. Secũdo ne quid redũdans aut deficiẽs sit: vt qui: q; & quoq; aut alias particulas ꝓpter metrum dũtaxant ingerunt: Qui pedum nimis aut nõ satis ponunt qui sensum nõ explent aut frustra repetũt. Tertio neqd male trãsponatur. Quarto ne sensum cõfundat: vt has res o Luci ad te scriptas misimus ęli. dico male: qa q̃ de situ nõvulgato in oroe p̃cipiunt seruãda: p̃nt in carmie quoq; seruari: in quo etiã hypalage interdũ locus ẽ.

Verum vbi sensum sit obscurum mala est compositio: vt dico te ęaci da Romanos vincere posse: qui versus fingit falso pyrrho ab oraculo dictus est tamen aptus exemplo. Quinto syllabarū quantitas nō violabitur. Sexto nec post m nec post vocalem ponitur in eodem versu dictio incœpta a vocali nisi fiat ellipsis aut synalœpha. Septimo non ponet succussantes litteras syllabas aut pedes. Non enim erit frequēs eadem lra vt in illo versu O tite tute Tati tibi tāta tyranne tulisti. nec syllabę: nec pedes duriter positi vt in secundo loco partem orationis terminantes. Octauo ne quid sit affectate nimis turgide aut molliter sonans vt Torua mimalloneis implerunt cornua bombis & sentis per iuria gentis: Et o fortuna tā natam me cōsule Romam. talis. n. consonoritas vitiosa est. Nono vitabitur in paruo poemate magna licentia Et decimo cauebit puer ne non probati auctoris versiculos imitetur: Sicut enim nihil vtilius est ad conficienda carmina q̄ habere ad manum multa ꝓbatorum auctorum exempla: ita nihil perniciosius q̄ in certos aut non probatos sequi: vt versiculum illum Quis arte nates tamen apparent tibi nates. Et eos qui secundam corripiunt in ecclesia. cremus. Brauiū. darius. sathanas &c. aut qui iesus propyrrhichio ponūt cum sit bacchius aut saltem si ουσ in us mutes amphibrachꝰ. aut qui maria & lucia secunda producta enunciant. Sed finē facio. Si p̄ceptores hæc diligenter declarabunt: multum iuuerint tyrones.

Et hæc pro Isagoge satis sint.

Ioannis despauterij Ninuitæ in artem versificatoriam Prefacio.

¶Ioānes despauterius Ninuita Gēorgio haloino nobilissimo heroi & vndecunq; doctissimo dño haloinæ domus ac ditionis:cōi litteratorū patrono:musarum delicijs:ac suo mecœnati humanissimo Salutem Dicit plurimam.

ARtem versificatoriā (quā sticologian græci vocāt) litteraturæ partem:vt difficillimam ita longe prę cellentissimam & poetis in primis necessariam: sex annis:vehementi labore inter quotidianas occupationes elucubratam : tuo nomini consecrare nobilissime domine ausussum. vtinam eiusmodi vt vel tuis in nos meritis: vl' meo erga te studio respondeat Noui ego delicatissimum tuū palatum: noui acerrimam censuram:cui nihil non exactissimum placeat:vellem equidem celsitudini tuę meliora deuouere: quod quum nō possim.ferenda puto mecœnati meo qualiacunq; munuscula. Nam(vt Plynius ait) & dijs lacte rustici:multeq; gentes supplicant: & mola tum salsa lttāt qui non habent thura. Dabis igitur(vt spero)audaciæ nostrę veniam.nempe soles meas esse aliquid putare nugas.nō adeo sum mihi Suffenus:vt nesciam artem meam esse imperfectam.tamē audendum est quia nostra præcepta (vt columellæ verbis vtar)nō cō summare scientiam sed adiuuare promittunt. Nā(vt idem ait & me plurimum consolatur)in omni genere scientiæ:est summis admiratio veneratioq;:& inferioribus merita laus contingit Erunt fortassis nonnulli sophistę vel poetastri:pseudo graphi: physiologi:legulei:sacrificuli:asophi:plani & tenebrones:q cauillabuntur hanc artem tenuiorem esse q̄ quæ tanto viro dedicari debuerit. Verum hi tuo iudicio vehementer errant vt qui scias ipsos orbis dñatores hanc artem vt excellentissimam summope excoluisse: Augustum dico & germanicum & alios multos. Dedecerent profecto te vel alium quēuis nobilem istorum grāmatisticæ merę nugę:nullis scilicet innixa veterum monumentis:sed suis ab ignorantia profectis regulis fatuis etymologijs:rediculis discriminum versiculis:vulgi abusu;(quem pro vsu indoctissimi habent) & alijs id genus spinis. At neq; diomedis litteratura Athanosio:nec Seruij centimetrum albino:nec Prisciani op⁹ Iuliano:nec (vt neotericos attingam) anthonij nebrissēsis grammatica vnq̄ videri poterit: Isabelę hispaniarum reginę celsitudine in dignahos ego viros cū cęteris linguę latię columinib⁹:tuo ductu tuoq; auspicio imitat⁹:ex oib⁹ ferme veterū libris cognat⁹ sum aliqd in mediū afferre:vt iuuarē pro meis viribus linguam latinam instaurare. In q̄re:quicquid profeci tuum est.exquo pl⁹ didici q̄ ex alio quouis p̄ce-

Nesciit vox missa reuerti

ptore:ab est dicto assentatio.id nouit de⁹.Tu mihi aristarc⁹:Tu mœ
tius.tu quintilius:qđ quũ e multis litteris tuis lacteo lepore pro fluẽ
tibus:tum ex ijs quas hoc anno pridie iduu⁹ ianuariũ ad nos dedisti
liquet clarissime.sic enim scribis ad sit nobis deliciaru⁹ linguę latinę
zelus & auiditas.sit inter nos elegantię matoris honesta disceptatio:
maneatq⁹ in scrinijs nostris:non patiar et enim scripta mea invulg⁹ p
dire:priusq̃ priscos authores adunguem perlegerim:ne forte in erro
rem incidam.Si hoc fecerimus:miraberis:quantum fructu⁹ inde cõ
cipiemus hunc in modum & in alijs epistolis me frequenter monui
sti:ne editionem meam præcipitarem & hoc auriculis meis subinde
instilasti:nescit vox missa reuerti.& nonnunq̃ territasti vergiliano ex
emplo:qui æneida testamẽto cremari iussit.qꝫ eam non castigauerat.
Quo factum est:vt in sextum annũ dilata sit huius operis editio. Nã
ante tres annos:ratus hãc artem ita a nobis supremam manum acce
pisse:vt edenda iamiam videretur:eam tibi legendam obtuli:sperãs
(quę mea fuit inanis iactanti:me ob id opus:non parũ abs te lauda
tum iri.Verum multo aliter euenit.nam tu(vt es nobilissimorum pru
dentissimus)sensisti illico: artem meam magis ex grãmaticorum offi
na:q̃ ex poetarumveterum adytis prodijsse.qđ vt ipse non differerer.
statim rogasti:an sillij italici libros lectitasse⁹.Quũq⁹ id abnuerẽ: iuſ
sisti vt perlegerẽ cognoscerem q⁹ artem meam admodũ esse impfectã
id quod ipse mox comperi.itaq⁹ pręter eos quos ante⁹ perlegerã po
etas(qui fuerãt admodũ pauci & neoterici plures q̃ veteres)dedit mi
hi p legendos nobilitas tua lucretiũ &(quem antea cũ Horatio:Oui
dio:Martiale:Iuuenale:Persio:plegerã)Virgiliũ:p̃terea manliũ quẽ
alij malliũ vocãt:germanicũ:rufũ Ciceronẽ in arato:Catullũ:tibullũ:
p ptiũ:Senecã in tragœdijs Valleriũ flaccũ:Statiũ Papiniũ:Ausoniũ:
Claudianũ:Sidoniũ appollinarẽ:Columellã.Paladiũ:Tũ ẽt grãmati
cos & alios scriptores plurios.Ex q⁹ vehemẽ emendaui & auxi artẽ
meam:coactus multos taxare pro cõmuni:vtilitate:qui maximo in
pręcio habentur:qa licet doctissimi fuerint:tñ nõ potuer̃ intertot bar
barie militesnihilvitij cõtrahere ideo ne quẽ iniuste culpasse puter:
libet altius repetere quãta sit inter poetas antiquos & neotericos dif
ferentia:vt more boni agricolę:serere ingenuũ volẽtis agrum:liberẽ
arua prius fruticibus:falce rubos:felicẽq⁹ resecẽ:vt sciamus:inter poe
tas.quos imitari & quos vitare deceat.Neq⁹ ei oib⁹ passi⁹ credere de
bem⁹:si⁹ illis dũtaxat q floruerũt inter ducẽtos circiter quinquaginta
annos ab ortu Ciceronis ad ãtoniũ piũ:hoc est ante christianũ natalẽ
annis cẽtũ : ad cẽtesimũ quiquagesimũ.ex quo salutẽ christianã nũe
ram⁹:Nã & latin⁹ sermo:quẽadmodũ & cætera mortalia:aliqñ incœ
pit:habuitq⁹ suа⁹ infantiã:in qua vix quicq̃ effari potuit:sic locuti sũt
aborigenes primũ cum faunis vatibusq⁹ sic deinceps latini & albani

Editio operis non ꝑ plerisq; tanta, Instillauit Ammonius.

Notes. Sunt etenim multo nimirum nostrorum, Linguę latinę infantia.

fic catmia saliaria cõposita suis sacerdotib⁹ tãdẽ parũ itellecta vt q̃n tilian⁹ testat̃,nõ adeo lõge post hoc sęculũ poetę fuere.Liui⁹ ãdroni. cus:Enni⁹:plaut⁹.Nęui⁹:Pacuui⁹:Cæcili⁹:Acti⁹:Terẽtius:Lucillius Turpili⁹:Mari⁹ Afranius:dorseni⁹:Attili⁹:Trabeas:Aqli⁹ :imbrex: Noni⁹ & plures quoꝝ exceptis paucis opera iterciderũt.hos mlta li cẽter duriterq; dixisse testãt̃ Martialis:Persi⁹:Quitilian⁹ & iter grãma ticos prisciam⁹.ait aũt persi⁹ Est nũc brysęi quẽ venos⁹ liber acti: Sũt quos pacuuinsq; & verrucosa moreꝫ Antiopa.Q̃d aũt ad quãtitates attiet,raro horũ authoritate vtimur qa enni⁹ & ãdronic⁹ epici & lucil hi⁹ iterciderũt cũ reliqs qui fere comici fuerũt Plaut⁹ vero & terẽtius tã varijs vtũt̃ pedib⁹ tã sępe sũt tp̃oꝝ iiuria mutilati:tã varie a varijs versꝰ distincti:vt difficillimũ fuerit quãtitates dictionũ ex his expiscari Post hos q̃ sequũt̃:liguã latinã mirũ in modũ locupletarũt.quos oino imitãdos dicim⁹.vt sũt illi:quos a me diligẽter plectos supra memora ui p̃ter ausoniũ gallũ & sidoniũ apolinarẽ:qui lõgo tpe post reliquos mẽoratos in mltis a superioꝛib⁹ defecerũt vt hoc op⁹ plegẽti patebit: Claudianũ&si eodẽ sęculo futisse cõstet:mlto tñ min⁹ a veteꝝ istitutis ab errasse cõperim⁹.Itaq; post Hadrianũ iperatorẽ cœpit idies latin⁹ sermo maiorẽ i modũ lãgueꝛ & quodã quasi senio cõtabescere:irrũpẽ tibus i italiã barbaris q̃ nimis factũ ẽ:subaduẽtu gothoꝝ i italiã: re gũq; lõgobardoꝝ:ad fatalẽ illã toti⁹ gñis hũani pestẽ mahumeteã:q̃ cũ oib⁹ ingenuis & bõis artib⁹ sermonẽ quoq; latinũ i tercepit: q̃ ætate pauci ad modũ fuere poetę & illi q̃dẽ supioꝛib⁹ lõge idoctiores Ruf⁹ fest⁹.Alphi⁹ auit⁹.Calphurni⁹ sicul⁹ cui⁹ bucolica extãt & plegi Terẽtian⁹:Claudian⁹:Sidoni⁹:Ausoni⁹ Iuuẽc⁹:Prudẽti⁹:Fortũat⁹:Sere n⁹:boeti⁹:Prosper:Prisciam⁹:lactãti⁹:& mlti alij scriptores q̃b⁹ (quã tũ ad latinitatẽ attiet):Eaten⁹ fides hũda ẽ quaten⁹ea q̃ nobis afferũt: veteꝝ authoritate,pbari q̃ũt nã vt de reliqs:interi paululũ taceã:de si donio hermolai barbari iudiciũ li.vi.plinij ca.xxvi.neutiq̃ silebo sic aũt iqt.Sidoni⁹ appolliaris:legẽd⁹ tot⁹ :pbãd⁹ nõ tot⁹.Nã ctesiphon cõtra artẽ corripuit:Ioanes q̃q;:& heraclit⁹ & diastema:tũ alia cõplus cula cõtra artẽ vl̃.corripuit vl̃ ,producit.vt paraclit⁹ & syllogissim⁹ & cę tera:q̃ cũcta suis locis declarabo:de heraclit⁹ aliter sẽtit pi⁹ bononiẽ sis vt enucleam⁹ in mediꝭ I.añ T.Prudẽtis quoq;.vt lactãti⁹ in nõnul lis veteres poetas imitari negligentius depręhendit̃ vt seduli⁹ & ara tor multo magis hallucinãt̃ Galter⁹ Gaufredus.Alanus:pettus riga: vt sæpissime declarabo S3 omniũ lõge fœdissimi scripserunt qui hos secuti sunt:qui violata passim ac dissecta romani iperij dignitate:mi nimę seruarũt latini sermõis puritatẽ q̃d & theodosij t̃porib⁹ fieri cœ pit⁹.Nã sidoni⁹q se plinium in epistolis imitari predicat:peregrinum & gallicũ redolet(vt ait petr⁹ crinitus in illius vita) & simul̃ icepta ver borum affectatiõe:supra modũ laborat.quẽadmodũ Fulgẽtius:Eno

poetę an tiquissimi

Poetæ imitãdi liguę latię virilitas.

Ausonius gallus.

claudian⁹ liguę latię senectus.

Poetę ru diori scio nati.

Sidoni⁹ i multis er rat

dius & mamercus. Eo aũt res tãdẽ deuẽit: vt reiectis doctissimoꝝ monumentis: & omni elegãtia ꝓscripta. gothi cũ reliquis barbaris omnem romanorum ordinẽ puerterent & barbaries totius orbis fœdissima regina: latinitatẽ penitus pessunderit. Qđ idcirco euenisse: hario lari licet qa gothi plurios latinoꝝ libros exussisse dicunt & rõani prĩcipes tũ oẽs gothi: vãdali: vl' alij barbari fuerũt atq; i nullo honore fuerunt poetę apud principes & reges vt qui ab illis nõ intelligebant. Iõ delectare minime potuerũt. Christiani aũt pontifices: abbę. Cardinales: &c. eccleſię columina: poeticẽ. vt diaboli pabulũ tũ spernere cœperũt: immerito tñ vt pulcherrie in apologetico suo ostendit diuinus poeta baptista mãtuan⁹. Ita quũ nulla poetis laus honosq; fieret: poetę nulli fuerunt siquidẽ verissimũ illud verbũ honos alit artes. Et qđ martialis ait. Sint mecœnates nõ deerũt flacci marones Ergo reiectis ethnicoruꝫ libris sine qbus latinitas cõsistere negt. cõsequẽs fuit: latinitatẽ necessario interire. Qua propter barbari ipsi virgilianam poesim fastidientes: nouã versificãdi artẽ excogitauerũt: veterũ obseruationes in quantitatibus: nec scientes nec scire cupiẽtes. suas aniles excogitationes oib⁹ veterũ monumẽtis ꝓferẽtes os: suillũ, ꝓfecto habuerũt: cui id demum bene olet qđ oletũ olet: Huiusmõi itaq; versus optimos iudicabãt Aethiopũ terras iã feruida torruit æstas. & tales leoninos vocabãt Anglia: Flandria: florida Francia nescia fraudis Possidet hęc tria præmia: p̃dia: p̃lia laudis: hos tumbellarios nũcuparunt Virgo parens christi cõsistẽs inuiolata Tu mihi p̃grata summa bonitate dedisti. hos cruce signatos dixere: Ignis edax & flãmavorax mea destituere Nũmus emax animusq; sagax ea restituere. Quinetiã rigimos (vt ipsi dicunt) excogitarũt veluti Pange lingua glorioſi corporis mysteriũ Sãguinisq; prętioſi quẽ in mundi p̃ciũ Catharinæ collaudemus virtutũ insignia Pãge lingua glorioſi p̃sulis pręconium & plura his similia in quibus syllabaꝝ numer⁹ seruat: nõ metri ratio liceꝫ imaginem seruent trochaici archilocij tetrametri catalectici quare nõ satis diligens fuit Hermãn⁹ torrentinus qui hæc carmina trochaica esse credidit. Nã in hymnis de sacramẽto & diuo Nicolao. principiũ tãtũ versus est. Naꝫ quisq; cõposuit: delectatũ eẽ cõstat harmonia hymni pulcherrimi de christo: nõ nisi a doctissimo poeta cõpositi: in quo vbiq; magna cum elegantia: carminis rõ custoditur pulcherrime. Pange lingua glorioſi p̃lium certaminis indocti homines nescientes esse carmen: putarunt ex quattuordecim syllabis: quarũ septima ppetua eẽt longa: & duodecima breuis: eiusmodi harmoniaꝫ resultare: nullis pedibus obseruatis. Tanta est poeseos suauitas: vt etiã sui ignaros mirũ in modum oblectet: verum non satis dulcẽ iudicarunt hanc symphoniam nisi barbarico more eam illutilarẽt. Multa possem in hunc mo-

Tempus natiuitatis Alexandri Galli

dum:illius seculi annlia afferre:quo natus est alexander gallus:cuius opus doctriale inscribit:circiter annũ domini milleſimũ ducẽteſimũ quo tempore barbaries toto mũdo dominabatur:vsq; ad tẽpora franciſci petrarchę. Qui non ſine diuino numine circiter annum domini M.ccc.xl. barbariei belluꝫ indixit fugientesq; muſas Reuocans:ælo quentiæ ſtudia vehemẽter excitauit. poſt hũc cœpit lingua latina mirum in modum inſtaurari ab Leonardo arretino:Guarinoveronenſi: Franſciſco philelpho:maxime autẽ laurentio valla:Ioanne tortelio: Aenea Syluio:Domitio calderino:Galeoto:Georgio merula:Georgio valla: hermolao barbaro:Pico mirandulano: Angelo policiano: Philippo Beroaldo:petro crinito:Ioãne baptiſta pio & q ante fuerũt Nicolao Perotto:Sulpitio:Neſtore alijſq; inũeris. Quo tpeẽt clariſſimi poetæ Baptiſta Mãtuanꝰ:& fauſtꝰ foroliuiẽſis latinũ eloqũ mirifice auxerunt:nec itali ſolũ hanc rẽ.currarũt:Nã Eliꝰ Antoniꝰ hiſpanꝰ: Heraſmꝰ hollãdꝰ:Rodulphus agricola Friſius:Iacobꝰ Faber gallus & Iodocꝰ badiꝰ cimber vł (vt nũc loquũt) Flãder & alij plurimi diligentiſſie laborarunt ĩ inſtaurãdis veteribꝰ linguę latiæ thęſauris. Cæterũ hi oẽs (qđ bõa oĩs pace dixerim) inter barbariei milites conuerſati nequiuerũt fœditiſſimã barbariẽ penitꝰ extiguere :quĩ cõtagioſo illiꝰ veneno afflati tã in ꝓſa q̃ in carmie peccarũt alij alijs:ãt magis ãt micus ꝓut diligentiꝰ ãt indulgẽtius veterũ monumẽta ꝓſcrutati ſũt: neotericos itaq; doctiſſimos quoꝝ ne calceamẽta qdẽ ſoluer dignus ſum:animaduerti ſæpiculę aveterũ inſtitutis nõ ratione aliqna ;nõ ex induſtria ſ ex ignorantia defeciſſe. Quod ſi quid dictũ hoc:vł rideat vel mireť:ille plectis his libellis noſtris:cogeť mecũ ſentire: & tandẽ agnoſcet:qđ ſibi velit Horatianũ illud:tu nihil in magno doctꝰ deprẽdis Homero:Decepti ſunt aũt Neoterici:librorũ mẽdis:liborꝝ falſis titulis: nimia græcitate. Grãmaticoꝝ puerſis regulis. q̃ oĩa olĩs ita fuerũt pura:ita integra:vt veteribus nulla fuerit errãdi occaſio. itaq; & ſi pŏetis diuinis Baptiſtę Mãtuano:aut Fauſto: nec minꝰ ingeniũ nec pauperior vena fuerit q̃ Virgilio vł ouidio:nihil mirũ ſi nõ ęque vt illi:linguę latiæ puritatẽ cuſtodiere. ¶ Decepti ſũt inquã mẽdoſis libris:nam librariorum incuria:aut ex nimia vetuſtate corroſis litteris innũeri irrepſerũt errores:alijs alia in locum litterarum vel dictionũ pditarũ aut male ſcriptarũ ſufficientibꝰ:alijs parũ doctis mendas: nõ animaduertẽtibꝰ:hĩc emerſere tot in Plyniũ: in plautũ:in alios authores:ãnotatõesCalderini:Beroaldi:Policiani:Sabellici:aliorumq; hĩc altercatiões grãmaticorũ infinitæ:adeo vt neſcias:quo teneas nodo mutantẽ ,ptea vultũ. Mlta ergo ſũt ĩ poetis mẽdoſa p q̃ patrũ docti errores ſuos defendere conãť. In papinij libris ita legiť Terra nec illa ſamo fama de Ioue ſonanti. Mlta mecũ reputãs &c. Oĩa clam nitent &c. ſic nicomedis ꝓ lycomedis:& alia multa quoꝝ nõnulla ſuis locis

Linguę latinę iſtauratio p nouericos.

Mendoſi libri

manifeſtabo:vt rubẽtes pro rũpentes &c.& in Lucano tranfigiſt:hoꝛ
nor:phytonẽ:ſtatuta:ꝑ trãſigit horror:Platonẽ:ſtatura:In catulo:no
uiſſem:malis:ales:ꝑ nouiſſime:male:aues:i Auſonio de ſtudio pue
rili delaniatura pro delenitura. In ſeneca mídæ pro ipe & midã ꝑnu
dã:& i Virgilio ſirim pro ſcinim:ſtymphalides pro ſtymphali.In Lu
cretio glomere ꝑ põdere:perdelyr⁹ ꝑ pdelytũ:ſtatere ꝑ ſtateres: lu
canas ꝑ lacunas:ſic alia ꝑpe innũera adeo:vt difficillimuꝫ ſit ex hoc
poeta qcq̃ concludere niſi emendatiores libri inueniãt q̃ iſ quos legi
vt libro quarto.Plaga hęc ad nras acies deriuabit:ict⁹. Recte aũt lib.
ſecundo:deriuare quęũt animũ:curamqꝫ leuare.In eodẽ Ne tu forte
putes ſerrę ſtridentis a cerbũ. Horrorẽ conſtare elementis lęuib⁹ ęq̃
Ac muſę Mele pchordas organicaqꝫ &c.Mendoſũ eſſe nihil dubito
ꝑ atqꝫ mele muſę.Nã melos cui⁹ pale Mele eſt: priorem corripit lꝫ
Ald⁹ ratiõe liquidę velit ꝑduci apud Homerũ & Perſium.In eodeꝫ
pricipalis ſecũdã cõtra primitiui naturã videt ꝑducere. Qđ de mele
dixi.patet verũ eſſe ex eodẽ.Et cygnea mele phœbeaqꝫ dędala chor
dis Carmía cõſimili oppreſſa ratione ſilerẽt.In eodẽ Libya continuo
dñis priuata ſuperbis ꝑ Cõtinuo libye.vt ſit libye.eſ nã hoc nomẽ pri
mã corripit.Pluria id gen⁹ mẽdatũ in hoc tũ in aliſs authorib⁹ mani-
feſtabo:vbi opus videbit. ¶Secundo plurimũ decepit iprudenteis &
interim non aſpermãdę doctrinę viros:falſa librorꝫ inſcriptio ſeu fal
ſi librorꝫ tituli:quos ſubditicios libros vocamus:verbi grã: Ouidiana
authoritas iure ꝑ regula habet.iõ ſemedocti neſcientes e tritico ſepa
rare loliũ:fidẽ habuerũt opuſculis de publice:de trib⁹puellis:de amo
re Pãphili de philomela:devetula:de ſopno:decuculo:de limace:de
ludo latrunculorũ:de nũcio ſagaci:q⁹ hęc Ouidij opuſcula vulgo fe
rebãt:quib⁹ ab Ouidianavena:nihil magis alienũ excogitare queas:
neqꝫ em̃ ſũt(vt Aldus inquit) Ouidiovel puero digna.Miror ꝑfecto:
quonãmodo inept⁹ ille vetul⁹:de inepta vetula ſcribẽs ineptiſſie:vo-
luit credi op⁹ ſuũ eſſe ouidij.Qui vt fidẽ faceret:dicebat ſe pri⁹ ceci-
niſſe:in noua corpora mutatas formas.Conabatur nimirum ſerpen-
tes auibus:gemiare & tygrib⁹ agnos.i.ſuã barbarẽ cõnectere Ouidi-
anæ fluenti ſuauiter elegantię:ſiquidẽ nemo fuit vnq̃ poetaſter: vetu
lo illo maleſano indoctior:qm̃ in nũera ſunt ei⁹ nebulonis impruden
tiſſimi errata:vt liquetillũ lectitãti in numiſma:ęnigma:philoſophia:
homogenia & aliſs innũeris. Euidẽ ſignũ eſt hoies illius ſæculi fuiſſe
indoctiſſios:q nõ ꝑceperit eiuſmodi anileis nugas nõ eẽ Ouidij. Dio
nyſiũ quoqꝫ nõ Priſcianus trãſtulit:ſed Fãius vt ait Hermola⁹ in.vi.
Plynij ca.xxviij. Virgilio quoqꝫ:nõnulla opuſcula putant falſo aſcri-
bi :vt ætna:roſę:ciris:priapea q̃ Ouidij eẽ docet Polician⁹ ca.lix.miſ
cela:Qui macrũ quẽdã poetã fuit ſęculi multa laude ꝑſequit cui⁹nu-
li libri extãt:quare errãt qui in arte verſificatoria ytũt teſtimonio mla-

Lucretij libri mẽdoſiſſimi.

Mele

Libri falſo iſcripti

Subditurii libri

Libri falſo Ouidiani

Macer

ri de viribꝰ herbaꝝ canentis:nũ poetę quidem:sed nec versificatoris satis idonei:quã rudiori sęculo fuisse ex eo cõstat:qꝺ Plynij testimonio p sępe vtitur. Hæc eo diligentiꝰ recẽsui inclytissime dñe: ne(qđ non oino iniuria Verulanꝰ nouariẽsi obiectat) dicar tã bonis q̃ malis suffarcinatꝰ authoribꝰ. ¶ Tertio nimia gręcitate plũmi i errorẽ ducti sũt:qđ vitiũ nõ iã primũ notatum ẽ:quũ ipse etiaꝫ Horatius derideat eos qui nimis gręca latinis immiscent:nã plęriq; amoꝛ gręce linguę: latina negligunt suntq; admodũ iactabũdi & vltra modũ laudatores sui:nihil putãt sibi nõ licere gręcitate freti. Neq; meminerũt martialis dicentis. nobis nõ licet esse tam disertis:videndũ est qđ latinis placuit:nõ quid gręcis. Nõ eo id dico qꝺ gręcę linguę studere:malũ putẽ:dũ id ita fiat ne latinę linguę idiomata violemꝰ. Cęterũ ne iniuria dicar gręculis infẽsꝰ:adducã ꝑ oibꝰ vnicũ:Laurẽtiũ lippiũ collensẽ qui e gręco trãstulit Oppiani poetę veteris libros de piscibꝰ:is inq̃ Laurẽtiꝰ sępissime:dũ studuit gręcis:neglexit latia. vt videbis facile ex his q̃ notaui generosissime dñe mi Haloine. Nũc e mĩtis paueos illiꝰ versꝰ. subiecisse sufficiat:e quibꝰ lector:id qđ dico:verũ eẽ cognoscat. versꝰ itaq; lippij e diuersis libris hi sunt.

Gręcissãtes nimiũ

Laurentiꝰ lippius

Addas opypaghos istis atq; agriophagos
Est tantæ signum crapulę ventrisq; rapacis
Ediscat finẽ:luxũ crapulãq; sequuntur.
Innumeri morbi.
Inuerecunda lupi non pendent agmine pœnas
Agmina tam turpi:victus maculata pedore
Atq; fluitantem dissutis vndiq; lignis
Quattuor ascendũt scapham sed remige proni.
Sunt duo
Et mouet a cano:cuncta impedimenta parente.
Sic magnus inuerecunda canũ latratibꝰ implet.
Lesbius arion:vectꝰ delphine recuruo.
Sed quũ florentis:peregeruut tpa pubis
Et ponderosum plũbum gerit ille siniſtra.
Et sæpe extinguit:& tabo suffocat atro.

Idem male ꝑducit Scarꝰ Merulus & plura:nec artem recte seruat in epigrammatis:vt

Tales tyberiꝰ dicitur esse dapes
Corrupta est cocco:purpura galatio.
Elachrymis stillant:semper electra piiꝰ.
Post ego pelamys:post ego thynnus eram
Angele memphiticis:tibi sit coracinus invndis.

Grãmaticis quaternꝰ credendum

Si aliorum errata recensere vellẽ:plurimum turgesceret pagina. vbi tñ operęprecium videbitur:nullomodo silebo. Tantꝰ est meꝰ in con-

munem studiosorum vtilitatē amor. ¶Quarto decepti sunt Neoterici grammaticoꝝ peruersis regulis :id qđ tu nobilissime & doctissime patrone doces pulcherrime in libello elegātissimo de veteribꝰ & neotericis scriptoribus abs te cōpositō:quem ne diu:bonarum litteraruꝫ studiosis inuideas:tuam celsitudinem summopere rogamus.

Regulæ grāmeticorum vñ cōstruant

¶Igitur video plurimos tam obstinate grammaticorum:immo etiā grammatistarum regulis inniti:vt cedere nolint & puersam doctrinā abnuere.q̄is omnium veterū authoritatē:ommem rationem contra eos adduxeris:id solum amant:id iactāt olim pythagoricorū verbū. ꝑe dixit. At si nosse vellent vnicum vsum esse quē penes arbitrium ē: & ius & norma loquēdi.vsum aūt habēdum: doctissimorum loquēdi consuetudinem:& ex hoc vsu tantum grāmaticoruꝫ regulas cōstitui: scirent regulis eatenus fidem habendam:quatenus veterem authoritati non aduersentur. ☞ si aduersent:explodēdę sunt:etiam si grammatici summi eas cōstituerint. Gāmatici nāq; authoritas per se nulla est quum ex sola doctissimorum oratorum:historicorum:poetarum: & aliorum idoneorum scriptorum obseruatione cōstet ortam esse veram grammaticā:multa dicenda forent si grammatistarum ineptias refellere vellem:sed nulla est gloria præterire asellos. Etenim. In tauros libyci ruunt leones:non sunt papilionibus molesti.nec iniuria:qa expedit ipsum expugnare caput. ideo nunc animus est:vnicum grāmaticorum principis erratuꝫ cum primis insigne persequi . is autem est seruius quem merito plurimi facis:queꝫ omnibus grāmaticis macrobius non dubitauit ꝑferre:in cuius sententiam & ipe lubentissime eo:& omnibus qui sapiunt:eundum censeo. Cęteruꝫ quia nihil est in hac lachrymarū velle:omni ex parte beatū.nec qsq̄ fuit tā cōsummatę scientię:vt nihil aliquādo errauerit(vt Quintilianus author est) iō non semper optime sensit seruius:vtiin annotationibus Beroaldinis plane conspict:& ego notaui ex eo qđ dicit in illud Vergi.lib.i.ęneidos.huic coniunx sicheus erat. Sicheus(inquit seruius)primam naturā corripit:sed hic ectasin facit.licentia quæ in propriis nominibus ē: vbi licet in q̄is parte syllabæ mutare naturam idem euenit in appellatiuis si a propriis sunt vt sicanio ꝑtenta sinu:hæc ille:qbus in errorē traxit fere quotquot post eum fuerunt:grāmaticos quidē franciscum nigrū:robertū guaguinū:Gęorgiū vallam:Nicolaū ferettuꝫ & ferme cęteros.Poetasvero Franciscum petharcham:Laurentium lippium: cum multis aliis quosvbi opus erit manifestabo. Et eo res deuenitvt etiam diphthōgos passim corripuerint in propriisvt lælius. clemētia gęorgius.Quo fit vt maiore licentia vsum videas quēuis neotericoꝝ q̄ veteres vniuersos. Propria certe non magis ad placitum ponenda esse q̄ appellatiua contra seruianam doctrinā satis docent Ouidius & martialis. Ouidius quidem in li.quarto de ponto vbi cōqueritur hoc

Seruius grāmatice omnibꝰ pręst

Seruius erratum.

Sicheus.

Propria ad placitum pon et Seruiano errore ānumerat

Propa nō pōt ad placitum.

nomen turicanus non posse elegiam ingredi quia habet breuem inter duas longas.qđ non potest heroicuꝫ aut elegiacū ingredi nisi breuem producēdo:aut longam corripiendo:aut dictionem diuidendo: ita vt turi sit finis versus:canus alterius principium quoꝝ nihil licere ouidius docet.licet id fecerint bis aut ter in saphicis Catullus primuꝫ interim satis durus & hunc secutus horatius. Tu ouidio auscultes:ait autē Catullus Gallicum rhenum horribilesqꝫ & vlti/mosqꝫ britannos pro vltimosqꝫ primū Horatiꝰ li.ij:car.od.exvi. Grosphe nō gēmis neqꝫ purpura vēnale nec auro.i.vēnale Et lib.i.ode.ij.labitur ripa ioue non probante.v/xoriuꝫ amnis.i.vxorius saphici sunt cū adonijs .Ideꝫ diuisit iureiurando & pauca alia in ionicis qui numeri potius sunt q̄ carmina vt exanimari:lauit:bellerophōte id qđ in alijs generibus eēt turpissimum:nec vsq̄ pulchrum est. Carmen Ouidij(ne longum faciam)in libro quarto de ponto est.

Quo minus in nostris ponaris amice libellis
Nominis efficitur conditione tui.
Ast ego non alium prius hoc dignarer honore.
Est aliquts nostrum si modo carmen honor.
Lex pedis officio fortunaqꝫ nominis obstat
Quaqꝫ meos adeas est via nulla modos.
Nam pudet in geminos ita nomen scindere versus.
Desinat vt prior hoc incipiatqꝫ minor.
Et pudeat si te qua syllaba parte moretur
Arctius appellem.tuticanumqꝫ vocem.
Et potes in versum tuticani more venire
Fiat vt e longa syllaba prima breuis.
Aut vt ducatur quæ nunc correptius exit
Et sit porrecta longa secunda mora.
His ego si vitijs ausim corrumpere nomen.
Ridear &merito pectus habere neger.

¶Secundo ꝓpria nō poni ad placitū liquet ex martialis li. nono vbi mirum in modum conquerit dulcissimum nomen Earinus nō posse adire carmen phaleucium qa omnes syllabæ illius nominis sunt breues.ergo nec spondeum nec dactylum nec trochæū cōstituere potest Sed cur se excusat martialis/quum id nomē carinus optime ingredi posset scazōta/Ego ꝓfecto martialē ob id solū hæc scripsisse suspicor vt retunderet quorūdaꝫ poetastrorū impudentiā: qui more græcoꝝ ꝓpriorum quātitates cōfundebūt:&id quidem ineptissime qa multo licentius græci scribunt q̄ latini. qđ ostendit martialis dicēs nobis nō licet esse tā disertis Quā rē si diligenter pensiculauisset priscianus minus peccasset nec vnq̄ dixisset ꝓ eodem dici filius meus & filius mei atqꝫ alia multa q̄ laurētius valla rectissime reꝑhendit sed is(vt in ꝑfa

diuisionē dictiōiscā versus nō admitti.

tione sua testatur)etiam ex grecorum erroribus laudē se conseq̄ pos se autumat. Ita seruiū nimio grecę linguæ amore deceptū video. Nā iniquum fuit ꝓpter pauca exempla(id qđ grāmaticorū peruersitas sæpe facit)regulam constituere. siquidem licet sichæus & pauca alia tam appellatiua q̄ ꝓpria: quasdam syllabas ancipites hñtvt cognoscet hoc opus nostrū diligenter perlegens nonne ꝓpter hoc variabim⁹ primam in his dictionibus Iulius scipio naso. horatius athenæ: aristo teles. marius &c. Absit obsecro per deum immortalem hæc impudentia: &(vt vere dixerim)stoliditas Nūc audiamus dulcissimū martialis carmen lib. ix. ad Earinum domitiani ganymedem.

Nomen cum violis rosisq; natum.
Quo pars optima nuncupatur anni
Hyblam quod sapit atticosq; flores
Quod nidus olet alitis superbæ
Nomen nectare dulcius beato
Quo malet cybeles puer vocari
Et qui pocula temperat tonanti
Et quod parrhasia sones in aula
Respondent veneres cupidinesq;
Nomen nobile: mole: delicatum:
Versu dicere non rudi volebam:
Sed tu syllaba contumax repugnas.
Dicunt earinon. tamen poetæ
Sed græci quibus est nihil negatum
Et quos ares ares decet sonare.
Nobis non licet esse tam disertis
Qui musas colimus seueriores

Earinus interp̄tatur vernus ab ear. i. ver corripit nomen hoc oēs syllabas qđ possent ad placitū poni. inaniter diceret martialis syllabā esse contumacē. Græci tñ audent primam ꝓducere vti in ares priorem variare: nā homerus ita versum inchoauit teste calderino Ares ares &c. vbi primus pes est dactylus Ares. i. mars: id nobis nō licet latinis quia musas colimus seruiores. i. minus in licentiam ruimus q̄ græci quib⁹ nihil est negatum. Miror an sint vlli tam obstinate in seruij opinionē iurātes: vt adhuc seruio adhęrere malint q̄ Ouidio & martiali. Valeāt igitur quorum hi sunt versiculi: Condidit athenas: adiuuit nomine pallas lycaon archas diuinas ꝓuocat iras: Tu tamen horati doctor palus abbreuiasti Ouidius vates peligni ruris alumnis Oui. Notus feritate Lycaon Properti⁹ magnus iter ad doctas ꝓficisci cogor athenas. horat. li. iiij. c. ode. vj. Vatis horati. Adonicū carmen est Oui. detinuit nostras numerosus horatius aures Vergi. in Culice: Hic fabij deciq; hic est & horatia virtus: ne omittas coniūctionē. & Perottus credit ho

ratius a verbo oro deriuari sed quum hoc nomẽ & aspiretur & corri- Horatius aspiratur
piatur: nõ assentior per otto Martialis li. j. In momẽtanis Oui. qđ nasci
tur agris ꝑ Oui dij Idem li. vi. In põpeiano dormis huine theatro Idẽ
est nomen sancti & multorum christianorum a quibusdam male co- Otho.
reptum. Idem alibi Forsitan & posset vincere mollis otho: imperato-
ris cuiusdam & aliorum proprium. Vulgus scribit & ꝓfert gemino tt
otto. Multa videbit a nobis iuste reꝑhendi: quisquis hanc artẽ plege-
rit. Sed quur ꝓpria plus priuilegij haberẽt appellatiuis: quũ omne ꝓ Oẽ ꝓpriũ
prium nomen fuerit aliqđ appellatiuum vel ex appellatiuis deriuatũ fuit appel
vt fœlix: rusticus: germanicus: clemens: pius: piatus: romanꝰ: seuerus: latiuũ aut
lectoria: celer: liber: lupus: memor barbarus: barbara: paulus: paula: ex apel-
petrus: petra: luuẽcus: &c. stephanus: hercules: hector: hermes: nico latiuo.
laus: philippus: & cætera innumera: Adam: Abel: Cain: Habraham: Sylua Hieronymi
Isaac: Iacob: lege sylua3 beati Hieronymi & cognosces hęc oĩa fuis
se appellatiua. vt hæc ex appellatiuis. Burrhus: Purrus: Pyrrhus: Gal
ba: Cotta: Scipio: Plancus: Agrippa: Cicero. Fabius: Lucina: Elicius:
Posthumus: Syluius: Aphrodite: Claudius: Virgilius & alia innume
ra: in quibus siquis mihi non credat is legat primũ librum quintiliani
de institutione oratoria & libros fastorum Ouidij & primũ librũ epi-
stolarũ leonardi arretini. sic a Tutus tutiꝰ tuticanꝰ: a dominꝰ dominicus Valerianꝰ
ab hadria hadrianus: a domitus domitiꝰ & hinc domitianus. a Iu
lius Iulianus: a quintus quintinus: a valerius valerianus Marti. lib. x.
Ne viuã nisi te domiti permitte libenter. Idem li. primo a Valeriano
pollio petes quinto: scazon est: Obijciet fortasse aliqs poeticã necessi
tatẽ: veluti italia primã naturaliter corripit testimonio oĩum grãmati necessitas
corum Vergilius tñ primã ꝓducit: qa aliter heroicũ carmen adire ne poetica.
quibat. Idẽ factõ est in siticula: cuniculus: tegeticula: canicula & alijs
nõnullis. Quid igit faciã (inquis) si diui nicolai aut Iuliani historiã cõ
texere tulerit animus: quo noie appellabo? si nec Nicolaũ nec Iulia-
num dicere licet? & quur in magno ope nõ licebit mihi qđ Vergilio?
Scimus ꝓfecto Vergiliũ & alios necessitate quadã ꝓduxisse quæda3
aut corripuisse: verũ ea pauca sunt nec citra veterũ authoritatẽ. nã ita
lia primã ꝓducit etiã apđ enniũ & lucretiũ pluresqꝫ añ vergiliũ. Itaqꝫ
inuentis recte vtemur: noua nõ sine maxia necessitate fingemus: neqꝫ
vnq̃ nisi in opere maximo: eaqꝫ erunt pauciſſima. immo nulla: donec
iã extra inuidiæ aleã fuerimus. Quocirca intolerabiles puto eos: qui
in modico ope abutunt oi licẽtia. quũ in hac re nullo mõ laxãde sint
habenę. Igit si occurrat nomẽ versui cõtrariũ vt nicolaus iulianus tu-
ticanus &c. imitabor martialẽ q̃ circuitiõe vsus est dicẽs in eodẽ lib. II
le puer tãto dño gratissimus aula Noie q̃ signet tpa verna suo. id est
Earinus qđ interꝑtatur vernus. Sic ouidiꝰ quoqꝫ secũdũ scribẽs ad tu
ticanum: Possumus ꝑterea etiã a latinis (si is casus emergat) patrony-

mica formare a patre:a matre:patria:vt docemur quũ ex Vergilio tũ ex ouidio in metamorphosi:licet etiã paucis versiculis innuere sylla bam esse cõtumacem vt Horatius fecit li.i.sat.v.Quattuor hĩc rapi- mur. Vigiti & milia rhædis mãsuri opidulo quod versu dicere nõ est: Signis perfacile est.nomẽ oppidulli alijdicũt esse equotutiũ alijequũ tutiũ alij Entractitiũ.qđ si propria vrbiũ ponerenť ad placitũ inutilis & vana esset oratij excusatio.Sidonius apollinaris etiam docet,ppria nõ poni ad placitũ circa finẽ carminis de laudib⁹ narbonisdicens.ho rũ noia quũ referre versu Affect⁹ cupiat metrũ recusat.Præterea pos sum⁹ vti cõsilio seruij dicẽtis in illđ prio ęne.huic cõiunx siche⁹ erat: Quoties poęta aspera iuenit noia vł metro nõ cõstãtia: aut mutat ea aut de his aliquid mutilat.Nã siche⁹ sicharbras dict⁹ est.belus didus pater dict⁹ est methres.carthago a cartha lectũ in historia pœnoꝝ sic philelph⁹ nũc nicolaus nũc nicoleos ꝓ nicolaus dixit& nicolauũ qui tũ sũmum pontificem in decadibus semper nicoleon appellat. Cęte rum cau te id faciendum censeo:ne hæc mutilatio carmĩa nostra mu tilet. Q si noia barbara fuerint barbara seruabiť quantitas taꝫ in pro prijs q̃ apellatiuis sed cum diomede prisciaⁿ⁹ ait in peregrinis & bar baris.nullos certos esse accentus ideo(vt ait prisciaⁿ⁹)vt necessarium videbiť:in metro locabũť.Ego puto regulas latinas q̃tum possumus esse seruandas si tñ talia sint vt quãtitas minime constiterit qa barba ra aut e barbaris deducta nec ab aliquo egregio poeta in carmẽ de- ducta fuerit:licebit (vtopinor) ꝓ volũtate nr̃a carminib⁹ ea aptare sꝫ optimũ fuerit testib⁹ iosepho in prio hebraicarũ ãtiquitatũ & prisci no li.quito de octo ptib⁹ oronis extẽsiõe vni⁹ syllabæ facere latia aut græca vt esrom⁹ adam⁹ &c.Mãtuanus Et quã fatidico ppho balaha mus heois Idẽ seminis est nr̃i princeps Habrahãus:& altũ. Idem Esro muscꝫ arã genuit:Salmona Naason:Plyni⁹ Cecili⁹ idẽ docet dicens. Nõnull⁹ labor est vt barbara & fera noia in primis,ppriaversib⁹nõ re sultent·Nihil est qđ nõ arte curaqꝫ:si nõ potest vinci mitigeť.Hęc sũt illustrissime dñę q̃ ꝑnotãda iudicaui q⁹ i his etiã maxios viros hallu- cinatos esse cognoui:quę si nobilitati tuę ,pbabũť:sat habeo.Tu mi- hi ,pfecto mille lectores.Cupio id sũmopere studeo ab idoctis vilipẽ di:dum veteres autas eis de pulmone reuello :vt tibi doctissimo me cœnati meo & cæteris bonarum litteraꝝ studiosis placeam.Qđ si nõ consequar:æquo animo feram:nec ob id dulcissimas musas a bomi- nabor:imo dũ spirit⁹ hos regetart⁹:maxie colã & mihi iuxta hismeni am cãtilabo.Vale dulcissie dñe o & ꝑsidiũ & dulce dec⁹ meũ Bergis apđ diuũ Guinnocũ festo diui Nicasij ãno dñi Millesio quigẽtesimo decio.

Sequitur.

Ioãnis despauterij Niniuitę artis versificatorię Liber prim⁹.

¶Ioannes Deſpauterius Niniuita Ioanni Laurentio haſebroucano muſico nobili atq; ingenuarum artium profeſſori perdocto & ſuo amico primario.S.D.P.

MAnte T corripitur vt latro statera status quater quaternus atauus Vergilius. O terq; quaterq; beati quattuor p̃miti uum ꝓducitur positione. Idem. quattuor hic iuuenes &c. Horatius. Mecœnas atauis edite regibus asclep. est Catus id est sapiens vñ ꝓpria catus ti. & cato onis. Sil. iiij. Obuia quadrupedis p̃ceps catus ora tulisset hic viri ꝓprium est de appellatiuo post hęc ille catus q̃tumuis rusticus ibit: Sedul. lib. primo. Sed tantum certare cati. pro musione fele siue æluro similiter corripitur a Mãtuano in bucolicis & recte quia a sagacitate cati dicuntur qua voculavsus ẽ palladius libro quarto capit. ix. Contra talpas ꝓdest cato frequenter habere in medijs carduetis: raphael regius ex nestore dicit i septimo libro Quintiliani cattus pro fele tt germinare: cui non credo nisi pro illo testimonium veterum quispiam afferat: scimus cattos gemino tt populos eẽ & cattas aues quod ex Martiale facile noſces Atrox atlas Platea nunq̃ video ꝓduci nec Plato ideo non credo illis qui putant variari nisi testimonium ex veteribus afferant Horatius sat. iij. libro secundo. Quorsum pertinuit stipare platona menãdro sic cæteri: Blatero quoq; semper corripitur Horatius. Audit quuꝫ magno blateras sermone faciscꝫ. Lucillius deblaterat plenus bonus rusticus concinit vna hic s perimitur in bonus & rusticus: Author philomelę indignus est quem imitemur blaterat hinc aries & pia balat ouis. hinc blaterones importuni locutores. Nestor dicit similiter corripi blatio qđ probat ex plauto in amphitryone vbi blatis sextus pes est: sed quum apud comicos: addmittãtur etiã scazontes ineficax est probatio plurimi scribunt cum & exilibus blactio ab ax blactos. i. stultus quia bla Catus. Platea Plato. Blatero Cattus. Blatio

ctire est stulte & inaniter loqui: ideo philelphus in decadibus semper ꝓducit Tortellius etiã blactero eodem modo scripsit quẽ falli ex correptione manifestum est: ego in nestoris sententiam eo.

Cathena. ¶Cathena tantum corripitur in quo decipitur Nicolaus ferettus ex mẽdoso martialis codice. Expectãt curę cathenatiq; labores vbi emẽ

Nates dati libri habentq; geminatũ sic expectãt curęq; cathenatiq; labores ¶Nates nomen video vbiq; corripi nisi apd Ausoniũ si non sit mendum in epig. Eune quid vxoris grauidę patria inguina lãbis Festinas glossas non natis tradere nates. Tuttandum corripio. Idem ad thæonem Percussaq; natesvicino podice nudat. Persius Elisaq; nates &c. Horatius sat. viij. Nam disploſa sonat q̃tum vesica pepedit: dissisa nate ficus at illæ currere in vrbem: Mart. in apopho. Sępe tñ pueris abstulit ista nates: ridiculus sane est versiculus. quãuis arte nates: tamen apparent tibi nates.

¶Catholicus notum est corripi: vt cætera ex cata græca p̃positione. Sidonius tamen cum aliis quibusdã christianis licẽter ꝓduxit dicens libro. iiij. Vi quę catholicam fidem lacessunt Phal. est. Catullus quoq; sine dubio corripitur: & tamen videtur ꝓduci apud Catullum ad lesbiam in hoc sapphico. Ocyum catulle tibi molestum. nescio an noue

Attagen. secundo loco trochęum dederit: statera cõtra Verulanũ vide e ante r. Notentur geminata vt attagena attagen: Horatius. Non attagen Ionicus est iambicus dimeter: nebrissensis metri gratia in generib⁹ vnum

Blatta tabstulit: id alibi ne feceris. ¶Blatta vermiculus libros corrodens & aluearia lędens: aliqui cum p blapta scribunt a blapto. i. noceo Martí Constrictos nisi das mihi libellos admittaz tineas truceſq; blaptas

Matthæ⁹ phal. sunt. ¶Blatthęusgemio tt. i. purpure⁹. ¶Matthias Matthęus i

Attegiæ quo riga peccat dicens in genesi. Vt tua pspicue scripta Matheę ferũt notauit hoc nestor vide æ añ u. ¶Attegiæ de quibus mĩta Iuuenalis interpretes in sat. xiiij. Dirue maurorum attegias castella brigantũ i. vmbracula aut tabernacula sic atteia. Antonius nebrissensis dicit ꝓduci & excipit patagia fluuij nomen quem errare credo quia in omnibus libris inuenio pãtagia cum n ante t & ita positione producitur.

Pãtagia. Claudianus in secundo de raptu pserpinę Pãtagian nomeq; gelã qui prębuit vbi concelebrãt: sic cæteri. Hæc diligenter recensui quia in his hallucinatos (qui ante me scripserunt) animaduerti plurimos.

¶Exceptio.

¶Producuntur ea quę hñt m ante a vel prędẽte muta ante a vt mater frater cratus viri propriuz apud Claudianum in p̃fatione nuptiarum honorij cratis: vnde craticula. Corripiuntur tamen mathon vel

Mathon Matella. matho cum th aspirato proprium viri. Iu. sat. prima lectica mathonis est finis versus. ¶Matella vas vrinarium Martí. lib. x. dispeream si tu Pyladi præstare matellam dignus es: aut porcos pascere pirithoi. At

matula ꝓducitur. Philelphus. ix. p rimę Intrauit plenis nō vltima ma
tula neruis & in tertia quartæ. Vrinam matula seruat. Matinus mons Matula
vnde matinus. a. um. Luca. li. ix. vulturnis & calidi lucent buceta mati Matinus.
ni. Sunt aūt buceta loca in quibus boues hyemāt. Iuue. sat. xiiij. Nota Mathesis
mathematicis genesis tua. vide mathesis E ante s. ¶ Matieni populi matema-
apud priscianum in perhigesi ¶ Cratinus crater⁹ crates etis stratocles ticus
virorum propria: cratis: scyllę mater & quæcūq; alia sunt a cratos. i. ro matieni.
bur & tiratos. i exercitus Persius in. j. sat. Audaci quicūq; afflate crati Cratinus.
no Iratum epolidem p̄grādi cum sene palles/ Aspice & hæc &c. Ideꝫ
in. iij. sat. Et quid opus cratero magnos ꝓmittere mōtes. Furius biba Craterus
culus. Et cor zenodoti en iecur crateris Phal. est. Verg. in ciri. I p̄e cra Crates.
tem matrē &c. Crathis aūt cum th aspirato achiuorum fluuius corri- Cratis.
pitur vide a añ halys. Idem nomē pro fluuio calabrię ꝓducit. Oui. Crathis.
xv. met. Crathis & hinc sybaris vestris contermínus oris Electro simi
les faciunt auroq; capillos.

¶ Ater Catullus Nil nimium studeo cæsar tibi velle placere nec scire Ater
vtrū: sis albus an ater hō. sic atramentū atrium vndecūq; sit nō inueni Atrium
correptum ¶ Atella vnico t teste nestore cāpanię oppidum hinc atel Atella.
lani ludi. Sil. li. x. Iamq; atella suos iamq; & galogræcia adegit.

¶ Atina cāpaniæ oppidum Vergi. æneí vij. Tela nouāt atina potens Atinas.
tyburq; superbum. Ardea crustumeriq; & turrigerę antemnæ: Atina
quoq; boetiæ vrbs fouit: Atinas viri proprium corripitur. Vergili⁹. xi.
æne. Fugit acer atinas.

¶ Atys cum y gręco puer cybeli dilect⁹ Persius Claudere sic didicit Atys
versum berecynthius atys: alioꝛ nomen corripit vt in viij. theb. papi.
& in. iij. Lucani & quinto met. deplorauit atin sic p filio croesi apd phi
lelphum in. iij. primę ¶ Blathara viri ꝓprium in. xi. Mart. nisi baccha blathara.
ra legatur quo nomine frequenter vtitur id potius credo.

¶ Catillus variatur fuit filiꝰ amphiraivatis thebani cuius tres filij Ca Catillus.
tillus: tyburtus: coras dicuntur tybur condidisse hinc catillus. a. um. i.
burs Sil. iiij. Anienicolæq; catilli. i. tyburtes hic ē finis versꝰ vbi corripi
tur nisi men dū sit nā cęteri. ꝓducunt & tu potius producito. Idē in tv.
viij. hinc tybur catille tuum sacrisq; dicatū fortunę p̄neste iugis verg.
vij. ęne. Catilluſq; acerq; coras argiua iuuentus Horat. lib. i. car. xviij.
ode Circa mite solum tyburis & mœnia catili versus est Alcaicus cho
riambicus pentameter vbi in gtio catili vnum l abla um est correptio
nis gratia aut noue spondęus pro pyrrhicio nam versus constat spon
dæo tribus coriambis & pyrrhicio.

¶ Clathrus vel. um nebrissensis excipit quia correptionem nondum Clathrus
repperit.

¶ Fatum fatidicus nota sunt quia e supino producto dicuntur venire Fatum.
vt natura natꝰ natalis sed corripit nato. as. contra primitiui naturam. Natura.

Gnatia Gnatia opidi nomen apud Ho. vide bariũ a ante r.

Latus. ¶Latus. a um. vnde latitudo qđ videtur oriri ex participio latꝰ a fero At latus eris corripit vndecũqꝫ veniat. Testimonia facile occurrent.

Latona ¶Latona phœbi mater Oui. vi. met. Colitur latona ꝓ aras.

Laterna ¶Laterna contra primitiui naturã quia dicit a lateo Mart. i apo. Dux laterna vię clausis feror aurea flammis ¶Natura natio &c. satis patent.

Quatinus ¶Quatinus per i i. quia quatenus per e quousqꝫ & inquantum. Ho. Quatenꝰ. in ser. deniqꝫ Quatinus excidi penitus vitiunt irę &c.

Saturnus ¶Saturnus pius Saturnũqꝫ grauẽ nro ioue frãgimꝰ vna. ¶Scatiniꝰ

Scatimus viri ꝓpriũ hinc lex scatinia ita habent oẽs libri quos videre licuit nõ cũ n añ t scãtinius aut scãtinia Iu. sat. ij. Citari añ oẽs debet scatinia respice primũ &c. Auso in epigrãmatis ab ausonijs interi defecit vt quũ scđam corripuit dicẽs Scatiniã metuens nõ metuit titiam.

Saturius. ¶Saturius decurio cubiculariorũ domitiani. Mart li. iiij. in aphrus Saturioſqꝫ modos partheniosqꝫ sonas calderinus dicit veteres libros habere sigerios & trãquillum habere saturium ergo quũ mar. & sueto. de eodem loquãt necesse est in vtroqꝫ legere saturiumvl sigerium hęc & plura calderinus quæ studiosis discutienda reliquo.

Statim ¶Statim ꝓducit teste marcello cui astipulant nestor & baptista pius pro pseuerãter æqualiter & continenter diciturqꝫ a stãdo Plautus in amphitrione nec recedit loco quin statim rẽ gerat statim. i. cõstanter continue. versus est iambicꝰ trimeter nullum admittẽs trochęum vnde gemio cc reccedit leges vt añ diximus reccidit ꝓ recidit. Affera ego aliđ testimoniũ: Festus in arato Tunc succisa ceres statim cuꝫ mergite culmi. Construit. At statim temporis aduerbiũ ꝓ ilico mox subito corripitur tantũ ne credas variari Seneca in hecuba. Stulta est fides celare qđ ꝓdas statim. iãbicus trimeter archilochius Catullꝰ verum siquid ages statim iubeto phal. est.

Statius. ¶Statius viri ꝓpriuꝫ & poetę clarissimi nomen Iuue. sat. vii. Lętam quũ fecit statius vrbem &c. in hoc errauit philelphus in quinta priæ

Stlata. dicens Nasovalet nugis: statius modo barbara blactit.

¶Stlata nauigiũ latũ sic dictũ vt stlitem pro litem &c. hinc stlatarius latus & ãplus Iu. sat. vij. Spõdet ei tyrio stlataria purpura filo. hęc ex festo mãcinellus in dictũ versum Iu.

Vates. ¶Vates vaticinor vaticanus Verg. heu vatũ ignare mentes. hic nota sunt vatiniꝰ & vatinianus nisi contra primitiui naturam dicas corripi cui sententiæ quidã infœliciter aduersanť Mart. in apo. vilia sutoris calicem monumenta vatini pro vatinij viri proprium est Catul. Odisse m te odio vatiniano phal. est.

Vatinessa ¶Vatinessa oppidi nomen Mar. lib. iiij. Et paruæ vada pura vatinessæ phal. est.

A ante u.

ANte u corripiturvt auus aula fœmineum est trissyllabum ne cum ineptis dicas aua Persius Ecce auia aut metuens diuum matertera cunis Exemit puerum.

Auidien⁹

¶Exceptio.

¶Auidienus viri proprium Horatius sati.ij.libro.ij. detorserat auidienus.ē finis versus Nota ex a ꝑpõne deducta ꝙa ꝓducunturvt auerto auius a.um.ſꝫ auis licet hinc deducãt corripitur Vergi.i ęnei.Nec posse italia teucrẽ auertere gentem.Idem Gęor.ij. Auia tunc resonant auibus virgulta canoris.

¶Claua clau⁹.clauis clauiger.testimonia facile occurrent.

Dauid.

¶Dauid viri ꝓprium vide crementa.Dicitur quoꝙ dauides.æ.vide i ante d.

Dauus.

¶Dauus virí nomen Persius daue cito hoc credas iubeo ¶Daualus virí nomen apud philelphum in tertia septimæ.

Flauus

¶Flauus.a.um.flaueo &flauius virí propriũ siquid amplius reperiatur habens consonãtem ante l volunt ꝓduci Verg.flaua ceres &c.Iue sat.iiij. Cum iã semianimum laceraret flauius orbem

¶Gauisus vide atrida. A in vltimis ¶Gnauus vñ ignau⁹ Oui.in primo de ponto. Det mihi formosa gnaua iuuenca manu.

Gauisus. Gnauus.

¶Lauinium oppidum & lauinia filia latini quę oppido nomẽ dedit tam manifeste variãtur vt iure rideãtur qui vbi in vergilio genitiuus lauini corripitur substituendum putãt latini:Verg.xij.æne.Illo quæratur coniunx lauinia cãpo.Ibidam mihi mœnia teucri constituerit vrbiꝙ dabit lauinia nomen.Idem primo ęne.Italiã fato profugus lauinaꝙ venit littora Oui.vi.fast. Et populus laurens lauiniũꝙ meum vbi contra aliorum morem secunda corripitur Idem iij.fast.Hãc tibi cur tradã pia causa lauinia coniunx Est mihi vergi.xii.en. Exulibus ne datur ducenda lauinia teucris.Idem cernes vrbem & promissa lauini mœnia Iu.sat.xii. Atꝙ nouercali sedes ꝑlata lauino. Tibul.li.ii. Ante oculos laurens castrum muruſꝙ lauini est.

Lauiniu⁹

¶Mauors & mauis mauult satis nota sunt.

¶Nauis nauita nauigo nauo.as. nota sunt Horatius. Nauiget anticyram.

Pauo.

¶Pauo & pauus & paua sed prius cõmunis generis est Auso,ad pauinum.Vincit centum oculos regia pauo tuos.Colu.ix.cap.xi.Fœminæ pauones quæ non incubãt ter anno fere partus edunt: Ausoni.in epig.Pauaꝙ de pauo constitit ante oculos Gellius pauus esamo prę stantior est.

Pauus. Paua.

Prauus

¶Prauus Hortius ain arte Non magis eẽ velim q̃ paruo viuere naso:Vergi.de viro bono Offensus prauis dat palmã & præmia rectis. Sic prauo & compositum deprauo &c.

Rauus.

¶Rauus.a.um.i,subnigervide a ante n Lanuuium hic rauila rauos

Raula Raudus. oculos hñs: & Raudus viri proprium. Catullus. Quęnam te mala mens misselle rauide. Agit p̄cipitem in meos iambos phaleucij sunt duo: prior autem hypermeter.

Suauis. ¶Suauis suauium suauiari nota sunt. Sed si prima syllaba dividat: tunc prima breuis secunda erit longa

Sauo. ¶Sauo. onis fluuij nomen vidi correptum sed cum versu poeta excidit producitur tamen si calderino credimus qui dicit sauo non sason legi. in hoc hendecasyllabo papinii quarto syluarum Et linterna palus pigerq; sauo. nestor sason legit.

¶E ante consonantes in primis syllabis: & primo ante B.

E ante B. EBante b corripitur vt nebula nebulonis Ouidius. Illic & nebulas illis consistere nubes iussit &c. Hebræus ebur Vergilius India mittit ebur. neq; vsq; producitur: contra nestorem nam in catullo non ebore nysæo legitur sed e bere

Ebur. nicę ovt sit oratio ex prępositione e & ablatiuo beronicæo a berenicę

Febris. us a.um: quod est possessiuum a betenice. es egyptiorum reginę nomine de cuius coma loquitur Catullus vbi dicit e berenicæo vertice cæsariem. Febris corripuit serenus teste Badio: nebrissenses producitantum dixit quia apud veteres correptionem nondum inuenerat: Nestor contra Sulpitiuz dicit naturaliter corripi sed testem citat nō satis idoneum macrum de viribus herbarum dicentem hæc nonduz tremulo potāda dabis febrienti. Idem vnaquaq; die febre si vexabit æger Philelphus ix. viij. At tu si sapias febriēti pocula sępe Ori appone sagax. Ego disceptationem primis dirimam Catullus. verum nescio quid febriculosi scorti diligis hoc pudet fater Phal. sunt.

¶Exceptio.

Trebula. ¶Producuntur habentia duas consonātes ante e vt crebro creber. a.

Crebenꝰ. um. trebula oppidi nomē Mart. in xenijs. Trebula nos genuit &c. crebenus fluuij nomen vnde crebenis. idis Oui. xi. metamor. Aspicit he

Trebia. sperien patria crebenida ripa .i. crebeni filiam Auso. pro viro quodā corripuit dicens. Sic q̄vænalis tam longa ætate crebenus. Non habet emptorem sit tibi pro p̄cio. Corripiuntur etiam Trebia fluuius cisalpinæ galliæ Trebatius Trebonius trebius virorum ppria Sil. libro. iiij. Planitiem metuens trebiam collesq; petebat petrarcha in. iij. lib. epist. male produxit Horat. docte trebati. fama treboni: sunt versuuz fines. Trebiꝰ est apud Iu. in satyra quinta.

Debeo. ¶Debeo Horat. debemur morti nos nostraq;.

Debilis ¶Debilis debilito Vergi. debilitat gressus debilitatq; pedes.

Debæ ¶Debæ variatur sed rectius ,pducitur populi sunt. Philelphus satyxxx. Quodq; magis mirere debas: gens herculis hospes nullo hz in p̄

cio.producti o eſt apud Propertium li.iiij.Si ¦te coaiuuat debarumꝙ aurea ripa Etquę ſub tyria con cha ſuperbit aqua.

¶Eboſita Stat.primo ſyl.Et quas p̄coquit eboſita cannas phal.dicit mel.ex arundinibus.Ebrius & quicquid hinc eſt quia dicitur cōponi exe p̄pōne & bria.i.vas vinarium licet ab haurendo alij deriuent & aſpirent hebrius qđ minus placet.vtut eſt cum Nebriſſenſi ꝓducendum dicimus quia correptio uō conſtat Perſius Ebriꝰ ante fores &c. Eboſita. Ebrius

¶Hebe pubertas & Herculis vxor hinc Ephebus Vergi.de liuore. Non potus iuuat aut ſapor lyęi.Nec ſi pocula iuppiter propinet Aut hæc porrigat & miniſtret hebe phal. ſunt. Hebe

¶Hebrus teſte ſulpit.

¶Nebris dicit ꝓduci tantum Antonius Nebriſſenſis quia nuſq̄ reperit correptionem. Nebris.

¶Rhebas ę nomen fluuij Vale.flaccus li.iiij. Aut ſocijs tētata quies nigrantia quā iam littora longinqui q̄ exirēt flumina rhebę:vide quo ꝙ paphagones a aū p. ¶Rhebus equi nomen Vergi.nono ęne.Rhebe diu res ſiqua diu mortalibus vlla eſt:ſunt qui per œ diphthongon rhœbus ſcribant teſte nebriſſenſi. Ehebas. Rhebus.

¶Sebetus fons & fluuius iuxta neapolin vnde ſebetis idis Papi.i.ſyl. Eubois & pulchra tumeat ſebetus alumna Vergi.vij.æne.Nec tu carminibus noſtris indictus abibis Oebale:quem generaſſe telon ſebeti de nympha Fertur teleboum capreas quum regna teneret. pro teleboarum. ¶Sebum pro ſeuum. Sebetus.

¶Thebæ arum.thebe es.thebanus thebæus ſatis nota ſunt Apuleiꝰ teſte Nneſtore vult hęc ae diphthongon obtinere quia veteres plerū ꝙ ʜ ita gręcum in ę diphthōgon verterunt hinc thebais idis.papinij poema de rebus thebanis.

¶Zebedeus viri proprium a chriſtianis poetis ꝓducitur.vide e aū u Ae ante B Cæbes pro loco.At cebes populi & viri nomen diphthōgon non agnoſcit. Zebedeꝰ Ae ante b Cębes

¶Gląba teſte Gęorgiovalla licet Calepinus ſine diphthōgo ſcribat Vergilius.j.ęnei.Terra antiqua potens armis atq̄ hubere glębæ. Gląba.

¶Hębudes plurale tertiæ inſulę ſunt ſcribitur per æ diphthongon teſte Calepino. Hębudeꝭ

¶Plębes ei vel plebs plębis vtrūq̄ dici ꝓbauimus in heteroclitis. Plębs.

Oe ante b bœbeis theſſalię palus Lucanus in.vij.Ire per oſſęam rapidus Bœbeida ſanguis:vbi notante Sabellico male legitur Boetida aut bocheida.

¶Bœbe es.theſſalię vrbs Ouí.vij.met.Iūcoſaq̄ littora bœbes carpſit ¶Bœbius viri ꝓprium Luca.li.ij.Flere vacet vix te ſparſum p viſcera bœbi.vocatiuus eſt.Errat in hoc petrarcha vide a aū b in exēplis Bœbe Bœbius

Cœbum. ¶Cœbum Auſo diſtinguit ſolidos cœbo prę eunte ttientes.

Oebalus. ¶Oebalus viri nomēvnde œbalia regio hinc œbalius.a.ūvide ſebe

Oebaſus. tus ¶Oebaſus viri ꝓprium Valerius flaccus li.vi.mediā moriens de

Oebades ſcēdit in haſtā Oebaſus in feſtuꝫ ſummiſſo poplite phaltez. Euaſiſſe

oebarjs ratus ¶Oebades viri proprium teſte tortellio ¶Oebaris darij ſtabu

Phœbus. larius teſte eodem.

¶Phœbus.i.apolo ¶Phœbe.i.diana phœbi ſoror.phœbas adis fa

tiloqua phœbi numine afflata.

E ante C. SAnte C corripitur vt ſpeculum ſpecula locus vnde ſpecu

lamur at ſpecula diminutiuum a ſpes e premitiuo produ

ctionem habet vt regula a res vt ſecurus quoq; a p̄poſitiō

inſeparabili ſe ſic mecū tecū ſecū.Corripe iterū p̄corp̄ces

precia precium:cætera a pre diphthōgo producuntur de quibus ſa

Echinus. tis dictum eſt ideo de his nihil dicam:Echinus vt cūq; accipias corri

pitur licet quidē male putarint:variari & ꝓducit pethracha ecloga

xii.deceptus forſan mēdoſo libro ſexto lucani vbi echinus legit mē

Echeneis doſe pro echeneis nāvera lectio eſt non puppim retinens euro tendē

te rudenter In medijs echeneis aqs.Echeneis latine remora piſcis ē

minimus maximas naues ſiſtens/echin⁹ vero alius piſcis eſt & vaſcu

lum quoddam & terreſtre aial &caſtanearū tegmen & echin⁹ untis

vrbis nomen.nihil horum inuenio produci.Marti.in xenijs Cortice

Echo depoſito mollis echinus.erit ſic cęteri.

¶Exceptio.Echo.us ſoni repercuſſio & in eū verſa nympha echeo,

i.reſono.as.Echi valles argutę Oui.iii.met.Nec prior ipſa loqui di

dicit reſonabilis echo.

Imbecill⁹ ¶Imbecillus:a·ū vel imbecillis ab in&bacillus quaſi bacillo indigēs

hoc ē debilis cōtra primitiui naturā ꝓducitur licet prudētius contra

aliorum morem auſ⁹ eſt corripere Lucreti.li.i.Adde quod imbecilla

nimisprimordia fingit:Horat.ſermone.xvii.Imbecillis iners ſigdvis

adde popino.

Lechania ¶Lecania ꝓprium mulieris Mart lib.v.Thais habet nigros:niueos

Lechię. Lecania dentes ¶Lechię arum cum ch aſpirato port⁹ corinthius a le

che.i. porthus Sta in ſyluis.his paru⁹ niſi lechię veterarēt:Inous fre

ta miſcuiſſet iſthmos phal.ſūt domiti⁹ inquit mēdoſe in aliis haberi

deuię ſyllabā tamen Variauit(inquit)Nā ante lechęo corripuit dicēs

Lecynth⁹ Curua palęmonio ſecluditur vnda lechęo ¶Lecynthus producitur

teſte neſtore ex viij.odyſſeæ homeri & ex ariſtophane: Eſt aūt olea

mecœnas rium vaſculum.de genere alibi ſatiffecimus·

Secius. ¶Mecœnas doctiſſimorum patronus Horat. Qui fit mecœnas.

¶Secius.i.minus contra primitiui naturam ſi a sec⁹.i.aliter deduca

Sthechas tur.Vergi.ii.Geor.Indulge ordinibus nec ſecius omnis in vuguem.

Idem xij.ęne.Haud ſecus accenſo glicit violētia turno. ¶Sthechas

adis insula in rhodani ostio prope massilienses: sunt autem stechades tres sic dictę q̄ in ordinem sint positæ: a stichaome .i. per ordinē incedere stichon ordinem versumq; appellamus: hęc oibonus in illud lucani. li. iii. Venerat in fluctus rhodani cum gurgite classis Stechados arua tenens: video impressum cum œ diphthōgo stœchados sed prę ceptum non habeo & calepinus inter non diphthongata reiecit. scribitur cum ch aspirato

Theca

¶ Theca. æ. i. repositorium Marti. in apo. sortitus thecam calamis armare memento: hinc dactylotheca bybliotheca scribitur autez cū ch aspirato.

Ae ante c

¶ Ae añ C. Cęcus cū suis vt cęcutire pariz videre. cęculto as cęco similis sū. Cæcare cęcū facere ¶ Cęcias ę: ventus nubes attrahēs teste aristotele ¶ Cęcubi cāpaniæ ppli apud quos optimū ē vinū qđ cęcubum dr. Martialis cęcuba fundanis generosa coquuntur amicis. ¶ Cœculus pręnestis. conditor hinc cęliorum familia quos alij acæcutientibus oculis dictos volunt Est quoq; cęcilius: proprium viri cæcilia proprium mulieris Cęcilia quoq; serpentis nomen ¶ Cęcinos ānis qui rhegynū agrum a locrensi diuidit ¶ Cæcinum italię oppidum haud pcula sicilia de cęculo verg. vii. ęne. Cęculꝰ: hūc legio late comitatur agrestis.

Cæcus. Cęcu bi Cęcias Cæculus. Cæculius Cęcilia. Cęcinos. Cęcinum

Fęx

¶ Fęx fęcis cuiusuisrei excrementū. diminutiuū est fœcula hic fęculentus. i. fęce plenꝰ & turpis &c. fecare e fęcibꝰ exprimeī vinū fęcatū e fęcibꝰ expressū. defęcare. i. purgare fęcutinus. a. ū. i. fæculētꝰ Gellius Eas finitiones pręrācidas neq; fęcutinas grāmaticas spectaueris sed aurē tuā interroga quo quid loco cōueniat dicere ¶ Fęcinię vuæ quę pluſq̄ cæteræ fęcis afferunt alio noie rubellanæ dicunt ¶ Fęcundus teste tortellio & gęorgio valla hinc fęcūdare &c. milti p œ fœcūdus fœcundare scribunt ¶ Hæc pronomen dictum est.

Fęculētꝰ. Fęcare fęcutinus fęcinię fęcundus Gręcus

¶ Grękꝰ græcia grękanicꝰ &c. & verbū grękari & p̄grękari & grękisso &c. ¶ Iękt ptiñ a verbo iacio authore tortellio.

phęcasius

¶ Phęcasius vñ phęcasianꝰ & phęcasiatꝰ significationē vide apd interpretes Iuuenalis i illud sat. iii Phęcasianorū vetera ornamēta deoruz.

¶ Sæculū centū annoz spaciū: hinc sæcularis & sęculare. alij a sequēdo alij a senibus deducunt.

Sæculum

¶ Vęcors vęcordia teste guarino licet sint qui huic opinioni refragētur vt videbis apud calepinum in vęh.

Vęcors

¶ Oe ante C. mœchus adulter mœchia adulterium hinc verbū mœchor aris. Hinc mœchalium. i. scortillū.

Oe ante c Mœchus

¶ Oecos. i. domus hinc multa sunt vt œconomus pecuniæ & fruguz dispensator quasi domꝰ lex inepte dicit p̄positꝰ qđ substantiue apd doctos nō inuenies. male quoq; iconomꝰ dr per i in prima syllaba hic œconomicꝰ. a. ū. nomos lex ē ¶ Oeci. orū loca vbi matressfamilias cū

Oecos Oeconomus Oeci.

Oecumenicus

anificibus sedent ¶Oecũ lanicus. i. vniuersalis & ad totũ orbẽptinẽs

Oechalia

vnde œcumenicũ consilium ab œcomene. i. vniuersus orbis teste tortellio sic œcumentũ & œcumatic⁹ ¶Oecinires viri proprium teste tortellio cum y greco in tertia syllaba ¶Oechalia cuꝫ ch aspirato diuersarũ vrbium nomen ¶Oechali⁹ fluuius. ¶Oechalides oechadiu

pœcile

parœcia nõ parochia ab œcos in mediis videbitur

E ante D

¶Pœcile porticus athenienſis. ¶Pœcilos lapillus

Pedo

Ante d in dissyllabis producit vt pedo verbũ vnde oppedere apud Horatium. sedes nomen contra primitiui naturã: nã sedeo & sedile corripiunt. Notent formata e breuib⁹ vt pedum pastorius baculus quo pedes pecudum detinentur vergi. in buco. At tu sume pedum. Est quoq; oppidi nomen cui⁹ incolæ pedani sũt Horat. li. i. epist. iiij. Quid nũc te dicã facere in regione peda

pedum

na: pedo. onis cui grãdiores sũt pedes & viri ꝓpriũ est. Iu. sat. vii. Sic pedo conturbat. Pædor æ diphthongon hꝫ vt statim videbimus

Exceptio

¶Cedo ecliptícũ. i. dic vel da nã cedo cessi ꝓducit Pertius hæc cedo vt ad moueam templis & farre litabo. ¶Cedrus arbor Horat. in arte Speram⁹ carmina fingi posse linẽda cedro & læui seruãda cupresso.

Cedo.
Cedrus.

¶Edo. es. est. vndo comedo exedo ambedo.

¶Medon. ontis viri proprium Oui. iii. met. Primusq; medõ nigrescere cœpit: Ver. vi. ene. Ingemuit glaucũq; medõtaq; therſilochũq; Valerius flaccus li: iii. liquit & vndantes mensas infectaq; pernix. Sacra medon.

Medon

Scheda

¶Scheda qđ multi inepte putarũt ꝓduci scribit autẽ: cum littera sequente ch aspirato dimlnutiuum est schedula iepti scribunt ceda cedula. Est autem scheda charte foliũ nonduꝫ compactę & scedulã nõ inepte dixeris chartulã vel papyrulũ in qua aliquid scriptũ ẽ. designificatõe plura leges apud martialis interptes in illud libri quarti. Nec sũma potes in scheda teneri Phal. est: vbi pria i scheda corripit.

Edonus
Edilus

E ante d in polysyllabis corripitur vt medeor medicus.

Exceptio.

¶Edon⁹ odonis idis ꝙa fiunt ab edõ de his incremẽtis satis dictũ est ¶Edilus viri propriũ Mar. li. i. epig. Edile si properas dic mihi ne ꝑperem· video impressũ æ diphthõgo ędilus & id mihi placet

Gedippa
Gedeon.
Hedymeles
Medea
Media

¶Gedippa viri ꝓprium apud Ausonium ad theonem ¶Gedeõ variat vide vocalẽ añ vocalem.

¶Hedymeles cytharœdi nomẽ ab hedis· i. dulcis & melos. i. cant⁹ Iu. sat. vi. Quo tener hedymeles operã dedit hũc tꝫ hoc se solat Sigd aliud ab hedys fiat producat scribitur hoc nomen cum y greco.

¶Medea venefica notissima Oui. vij. met. Frustra medea repugnas.

¶Media regio cui⁹ incolę medi sũt hic medicus a. ũ. verg. ii. Gæor.

Media fert triſtes ſuccos tardũq; ſaporẽ:luca.li.viij.Permedica rura ¶Madica hęrba verg.i.gęor.vere fabis ſatio tũ te quoq; medica pu tres Accipiunt ſulci & milio venit ānua cura ¶Medoaci pli apd mā- tuanũ video autem cenomani. Meca. Medoaci

¶Nedymus viri proprium Oui.xii.met.Robore nedymnũ iaculato rẽq; lycotam Sternit.ſcribitur cũ y gręco. nedymnus.

¶Sedentani:hiſpaniępopuli prope nouam carthaginẽ Sil.libro. iii. Sedẽtani. Sedentana cohors quã ſucro rigẽtibus vndis &c.ſucro onis fluuij no Sedulus men eſt. ¶Sedulus. ¶Seditio ſeditioſus ſatis nota ſunt. Seditio

¶Ae ante d:Aedes tam templum q̃ domus priuata hinc multa ſunt Ae afi D. ędicula a dificoędepol ęcaſtor.Aedilis ædituus ædimus. ¶Aedilus Aedes cũ viri propriu. q̃uis aliqui ſine diphthongoedilus ſcribũt dictũvt eſt. ſuis. ¶Aedo licet ab e & do ſit multi per ae diphthongon ſcripſere

¶Aedon diphthõgon non habet vide a ante e. Cædo

¶Cędo cũ ſuis:in p̃terito aũt cecidit diphthõgon perdit Cęduus a. Cędicius um:vt ſylua cędua q̃ cędit: Incędua q̃ nõ cedit vt lucus. Cędicus Cędilus. proprium viri apud Vergilium nono & decio ęneidos. Cædilius viri Cędes proprium in.xiij.ſat.Iu ſedes mors omnia a cędo verbo formari pu- tant.

Dędalus.

¶Dedalus viri proprium dędallin.i.variare hinc dędallum gręci va riũ vocãt:& logodędalos hoies dicunt ſermonisvarietate decipiẽtes: Dędaliõ. Dędala orũ.vrbs lycię a dædalo nomen accepit· ¶Dędalon viri pro- prium.

Hædus

¶Hęd⁹ teſte .Varrõe oli a ſabinis fæd⁹ dicebaꝫ poſtea hęd⁹ f in hver ſa vt harial⁹ ꝓ fariol⁹.hic hędill⁹:ſedill⁹ & hædicul⁹ diminutiua & poſ ſeſſiuũ hędin⁹ a.ũ.Iſidor⁹ ridicule deducit ab edo es eſt:& ſine aſpi- tiõe edus ſcribit.id Neſtor non reprobat qa credit eduli corripi a Ma nilio.li.v.Incipient eduli &c.deceptus eſt Neſtor p mędoſũ aliquẽ co dicẽ:nã optimas ipreſſuras video habere nõ eduli ſz hędi ſic incipiẽt hædi tremulũ ꝓducere mẽtum:vt paulo poſt in eodẽ libro Olenę ſer uans prægreſſos tollitur hędos:ſic alibi ſemp ſic cęteri oẽs. ¶Hędui Lędo ppli quidam galliæ.Sed ſi hœdus pro fœdus p œ ſcribat Badius. pędagog⁹

¶Lædo & quicquid hinc eſt lęſio &c. Pædago

¶Pędagog⁹.i.puerorũ ductor & cuſtos ſic quicquid ẽ a pes pędos.i. Pædia puer & pędagogium id eſt ſeruitium atq; mancipiuz:pędagiũ.i.pue- i ędico rorum ſeruorumq; habitatio. ¶Pędia eruditio inſtitutioq; in bonas Pędera artes. ¶Pędico tam nomen q̃ verbum. ¶Sęderaſtes ihoneſt⁹ puero ſtes rum amator:pæderaſtia turpis puerorũ amor ¶Pędotriba vl pædo pęde triues ludi litterarii præceptor.Prędaretus viri proprium quaſi pue- ues. torum virtus.Pędomachia puerorum pugna. ¶Pędor.i. ſqualor & prædor. quęuis immunditia ſeu putor in animali a pęs pędos.i.puer qa pue- pędiculi. ri ſordibus plęrunq; ſunt obnoxij hinc pæditi ſordidi & obſoleti dicũ

tur Pap.theb.iiij.Obsitus exhauisto pędore & sanguine vultus Luca. li.ij.Longusq; i carcere pædor.hic quoq; pędiculos seu pędũculos q & pædes dicunt:appellari volũt: quos alij a pedum multitudine dicti

Phędros

os putant sine diphthõgo & ij melius vide i ante c.Pędiculi etiã pulsi quidã sunt. ¶Phędros grecis pulcher dicitur hinc multa sunt:vt

Phędromus

phædromꝰ adulescẽs in Curgulione Plauti. ¶Phędria adulescens in eunucho Terentij.Phædron ꝓpriũ viri. ¶Phędra ꝓpriũ mulieris. ¶Phædrus viri ꝓpriũ vt phęderotõ. ¶Phędon viri ꝓpriũ Sido.ini. pãęg.Socraticusq; animꝰ post fatũ in phędone viuus. ¶Phædymꝰ viri ꝓpriũ phędyme es.mulieris ꝓpriũ vtrũq; cũ y greco. Oui.vi.meta. Phædymus infœlix & auiti noĩs hęres Tantalus.

Phędon

¶Rhęda pro curru teste Guarino Hinc rhędariꝰ auriga hinc epirhędiũ etiã pro curru quodã ex greco epi.& gallico rhęda author ẽ Fabius. ¶Sędoverbũ quasi sanũ do:vt quidã volũt :vt alij q̃si seorsuꝫ do

Rhęda

Epirhędium

Sędo

¶Tędet tędiũ ptesum Tętulus.i.fastidiosus. ¶Tędia ꝓpriũ mulieris.Iu.sat.ij.Tædia nõ lãbit cluuiam nec flora catullam. ¶Tæda fax teste Nestore ex apuleio.

Tedia

Tęda

Oe ãte D

Oe ante d.Fœdus fœdare fœdus fœderis & quæcunq; ex his deriuantur quicquid dicit Isidorus:

Fœdus

¶Lœdoria mordax dicacitas per l non per m.mœdoria licꝫ ita sit in Tortel.Multi in neutro lædorium dicunt.

Lœdoria

¶Oedipus pi.vel podis.vel œdipodes dæ.primæ thebanorũ rex vnico p.cõtra ineptũ quendã Sta.œdipodæ cõfusa domꝰ nomen adeptꝰ est a pedũ tumore quia œdema est tumor πουσ pus.i.pes

Oedipus

¶Phœdorus viri ꝓprium authore Guarino veronensi.

Phœdorꝰ

E ante F

GAnte F corripitur vt nefas Iu.sat.xiij.Credebant hoc grande nefas & morte piãdum:Si iuuenis vetulo non assurrexerat.Inepte quidam.Proh nefas horrescunt crines: longissimus forem si neotericotũ carmina trãsuerso calamo signãda vbiq; insectari vellem

E ante G

EAnte G corripitur vt regio. Notent compositа vt segrego dego a de & ago versis breuibus duabus in vnam. longam.

¶Exceptio

Egates

Egates insulæ Sil.li.i.Flore virẽs auet egates abolere parentũ petrarcha in hoc noĩe errauit vt deprehendes ex.vij.aphricę Egregius ꝓducitur quia ex e prępositione fit.

Gregoriꝰ

¶Gregorius cum h ita in prima syllaba & o paruo in secunda scribitur teste bebelio id recte obseruauit Baptista mãtuanus.quidam primam male corripuerunt secunda producta.

Hegaleos

¶Hegaleos papi.xij.theb Diues & hegaleos nemoruꝫ pneq; benignꝰ Vitibꝰ & pingui melior lycabesos oliuę:montes sunt attici.

Lego

¶Lego as.hinc relego allego ablego &c.primę sũt Luca.li.vj Ac me

dio pugnare foro dū bella relegē: hinc legatꝰ qđ ſimiliter ꝓducīt app Horat. ſat. v. Legitimꝰ ꝓducīt ꝙa fit a lex legis nōa lego is. Horatius in arte Legitimūꝙ ſonū digitis callemus & aure. male ſcribīt ab imp itis gemino tt. ¶ Megareus (ni fallor) p̄ducīt. xij. thebaidos vbi adiectiuum eſt megareus a um. legitimus

¶ Pegaſꝰ equꝰ perſei alatꝰ vñ muſæ pegaſides Ouí. v. met. vera tñ fama eſt & pegaſꝰ huius origo fontis ꝓ hoc equo nunq̄ corripīt. Apud calphurniū corripīt alterius eq nomen ecloga ſexta. Aſpice q̄ timeas genꝰ eſt (vt ſcitis) equarum non iugale mihi quarum de ſanguine ponā velocē pegaſū. Apud Iuuenalē ſat. iiii. ꝓducitur ꝓ viro quodā. Idē ꝓ alio viro corripīt. xii. ęne. Tū lirin pegaſūꝙ ſuper &c. ¶ Phlegeus viri ꝓpriū. pap. ij. theb. iubet ire ſub vmbras phlegea. pegaſus

¶ Rhegiū cū y græco brutiorum vrbs Oui. xiiij. met. Rhegyō īgredí tur feruēteſꝙ æſtibꝰ vndas iterp̄tat abruptū: hīc ei ſicilia abrupta eſt ab italia: incolæ dicūt rhegyni. eſt aliud regiū vñ regienſes noīantur. Phlegeus Rhegyus

¶ Regula a rego cōtra primitiui naturā aut a rex regis vt regulꝰ pro priū & appellatiuū ſic regina. Horat. ſat. iii. aſſit regula pctīs q̄ pœnas īroget ęquas. Marti. in fine libri ſecundi. Tu tñ hūc fieri ſi mauis regule primum Vnū de titulo tollere iota potes: errauit in hoc Seduli ſi. iii: poſt regulus nato quidā moriente rogabat: & pętrarcha ſępe vt li. vij aphricę hac īpa in pria regulū fortūa ſuꝑmis. Aequarat ducibus recte aūt in. iii. aphricę. Regulꝰ expoſitꝰ &c. ſic ꝓducūt regulꝰ ſerpētis nomen: regulꝰ & regilla veſtis & regaliolus auicula. Regula Regulus.

¶ Tegula a tego cōtra primitiui naturā Iu. Vltimꝰ ardebit quę tegula ſola tuę Vegrandis cōpoſitōe notū ē. Adde p̄dictis ſlege vrbis nomen apd priſcianū in perihegeſi. Iūgit bebelius ſegerie. Siquis plura notauerit. addenda curet vt ars hęc tandē perficiatur. Tegula Slege.

¶ Ae ante G Aegi præteritū ab ago teſte Tortellio. Aegonomus capraruꝫ rector ab αἴξ ex ęgos. i. capra & nomos. i. lex hinc multa ſunt quorum ſignificata latius ab alijs declarantur. ¶ Aegęon gigas ¶ Aegeus theſeí pater vnde ipſe ægides dicīt ¶ Aegeū mare. ¶ Aegea. ę. ęge es. ęgę arum: vrbium nomina Aegæ quoꝙ inſula in mari ægeo. Aege es. amaꝫonum regina. ¶ Aegialeꝰ abſyrtꝰ medeę frater. ¶ Aegiale es. vel ęgialea diomedis. vxor. ¶ Aegialus achaia interp̄tatur littus. ¶ Aegeria mulieris nomen. Aegis idis. palladij pectoris munimentum Aegiochꝰ iuppiter ſic ęgylos ægylops ęgyſthus ægon qđ non ſolum paſtoris ſed etiā ꝓmōtorij nomen eſt Papi. v. theb. Vētiſꝙ abſentibus ęgon motus. Aegocephalus Aegolethron Aegoceros ęgos ęgopotamitę. Aegipanes Aegonus Aega proprium mulieris Aegilos ęgophthalmos ęgomallias ſic quicquid fit ab ex ęgos. vñ volūt dicí ęglogam ſermonem de capris & rebus paſtoralibus ab ęgō. i. capraruꝫ & logos. i. ſermo id Neſtor negat quia diceret inquit ęgloga Aeañ G. aegi Aegonomus aegeus aegęū aegęa. aegę aegialeus aegiale aegialꝰ & cętera ab ex ęgos. aegloga. Ecloga

Aegina. Aegle.

ō vult cū c lra ſine diphthongo ecloga ab eclego.i.eligo qđ cōponit a grecis ex & lego dicit electio explanatio & elegātia ¶Aegina mulieris & vrbis nomē. ¶Aegle es.nymplę &mulieris propriū:

Aegypſus

¶Aegypſus viri proprium ¶Aegypſos vrbis nomen cum y græco Ouidi⁹ in primo de ponto. Caſpius ęgypſus de ſe ſi credit ipis condidit & proprio noie dixit opus. ¶Aegyptus virī & regionis nomē cum y græco

aegyptus Aegnide

vt ęgyptius ægyptiacus ęgyptini. ¶Aegnide vrbs& mulier. ¶Aegi

aegiroeſſa.

rœſſa vrbs ęolię vt ait Tortellius.

Aeger Freęgi.

¶Aeger ęgrotus ægritudo ęgrimonia &c. Lucreti⁹ li.iij. Pręter ei q̄ cp morbis tum corpus ęgrotat verſ⁹ & ſpondoicus tolliturcp cum ſua vocali s in corpus. Aegroto.i.ęgroptus ſum neutrum ē:ægrotor aris. putamus non dici contra indoctos. ¶Freęgi a frango teſte Tortellio. Neſtor i dictiōe ęglogu dicit cp græci oēs dictiōesvbi e ē añ g p ai diphthongon annotare cōſueuerunt vt ęgon ægeon ęgyptus p̄ter ego pronomen & egeiro.i.erigo.

Pęgi Pęgma

¶Pægi p̄teritū teſte Tortellio. ¶Pegma qđ etiā p c pęcma quidam ſcribunt ę diphthongon habet teſte Tortellio eſt ludus & machina q̄dam a pęzo.i.ludo hinc pęgnia triſſyllabū cū i añ a gtō orū.dicūt ludibria teſte eodem ſic p̄gniū pueri nomen

Oe añ .g. Nœgæus E ante L.

¶Oe ante g Nœgęum cū ę diphthōgo in ſecūda ſyllaba Amiculi genus & pro candido interimponit Liuius. Lachrymas de ore Nœgęo terſit.

Ante L in diſſyllabis producitur vt velum velo as vnde revelo.

¶Exceptio.

Chelis Celer. Celox Solox.

Chelys cū ch aſpirato & y græco & cythara papi.iiij.ſyl. Cedam⁹ chely iam repone cantus. vocatiuus eſt chely &verſus phal. At chela ę.producitur Vergi. inter chelaſcp ſequētes. ¶Celer tñ. propriu⁹ q̄ appellatiuū Oui. x. met. emicat & ſumma celeri pede libat arenā hinc celox ocis nauicula a celaritate dicta q etiā celonis appellatur. Enni⁹ labit vncta carina p ęquoracp alta celonis: nō docte igitur in gñeribus Nebriſſenſis dixit Fœmineis addex solox celoxcp phalanxcp vbi etiam solox male producitur Lucillius paſcali pecore ac montano hircoat cp ſolocę. Eſt aūt ſolox pec⁹ lana cōtextū: aut ipſa craſſior lana.

Gela Gelu

¶Gella vrbs & fluuius ſiciliæ Sil. xiiij. venit ab amne trahens nomē gela venit & heſa.

¶Gelu qđ vetuſtiores gelū quocp dixere & maſculine gelus hic gelare gelare &c. Lucre. lib. v. Aſſiduoſcp geli caſ⁹ mortalibus affert & inlib. vi. demittit quaſi ſæpe gelum quod continetur in ſe. ¶Gelos gelotos.i.riſus.

Helix.

¶Helix icis. hederæ ſpecies: vnico.l. cōtra Tortelliu⁹ quia teſte Neſtore corripitur a Theocrito in primo edyllio, Ego inueni Helix viri

propr iũ corripi in sexto Vallerij flacci dicentis Nestoris hastę Immo
ritur primęu⁹ helix: nec reddita charo nutrimenta patri.

¶Helox loci nomen in quarto hebaidos papinij. Helos.

¶Gelops opis ꝓpriũviri papi.xii.theb. Ore remordit helops hume Helops
ro transmisit tapix.

¶Lelex viri proprium Ouidi⁹.viij.met. Nericiusqꝫ lelex. & gẽtis no Lelex
men. seruat semp e in obliquis vt lelegis Luca. Mox lelegum dextra
pressum descendit aratrum.

¶Melas fluuuij nomen papi.theb. palladiusqꝫ melax & viri propriũ Melas
Valerius flaccus li vi. processere melas & idaſme nusicipit hasta An
te melas. pro fluuio vide etiam asopus a añ s ¶At mela ę viri ꝓpriũ
ꝓducit i.xiiij. filij & fluuij ꝓpriũ in Catullo ad tanuã. Flau⁹. quã mol
li. percurrit fiumine mela: n. elas. i. niger corripit monstrat melampus

¶Meles is vel etis fluuius prope smyrnam Sta.iij.syl. Smyrna tibi gẽ Meles
tille solũ potusqꝫ vercndo fonte meles. Meli .i. mel corripitur: sed in Melos.
compositis solum vtimur: vt melimelum ¶Melos dulcis modulatio
Lactãtius de christi resurrectione fitqꝫ repercusso dulcior aura melo.
apud Persium. Cantare credas pegaseium mellos ll geminatur pro=
ductionis gratia quod polliciano non placet qui nectat legendu⁹ pu
tat: id hermolao non placuit qui in annotationibus super plyniu⁹ cit
ca finẽ li. xxxij. natu. hist: censet recte legi vnico l melos. quia homer⁹
simul primam produxit in hymnis. Idem dixit aldus. Idem dicit Ma
rullus deridens policianũ quem ecnomũ vocat dicẽs. posse negas di=
ci melos facunde poeta: atqꝫ adeo picas nectar ais canere. Sc⁊ huc stu
dio curaqꝫ trahẽte fideli. Nequãdo placitu⁊ nectar ab ore cadat. Sed
neqꝫ diuinus male μελοσ ακισερ homer⁹: Nec nisi q laudat nectar
iepte canit. Quid dicam de tãta tãtoꝝ viroꝝ dissensiõe? Nõ nim inter
eos tantas componere lites. Conciliũ meũ est vt cũqꝫ legendũ sit apd
psiũ nũq ꝓducendã esse priorẽ in melos qd indecliabile esse male cũ
vulgo docet calepin⁹ qa iam melo abltũs visus est & plalis ntũs actũs
qꝫ mele ante positus in p̃fatione totius operis. Sealus

¶Pelops rex achaiæ tãtali filius Oui.vi.met. Mater i inuidia est hãc
tunc quoqꝫ dicitur vnus flesse pelops. Telon

¶Scelus eris Oui.xv.met. heu quantũ scel⁹ ẽ in viscere viscera cõdi. Velut.
Scelos. i. crus. vide e ante l periscelis. Velim.

¶Telon onis rex capreaꝝ vide e ante b sebet⁹. ẽ alioꝝ quoqꝫ ꝓpriũ Selibra.
Luca. li. iii. dirigit huc puppim seri quoqꝫ dextera telonis.

¶Velut veluti velim velis notissima sunt.

¶E ante l in polysyllabis corripitur vt selibra vide scripulum I añ p
fit ex semis & libra prisciañ⁹ tũ in libello de ponderib⁹ (vbi multa sũt
contra veterum consuetudinem) ꝓduxit dicẽs Selibrãqꝫ ferunt mel=
lis supesse bilibri. Tu martialem semp id nomẽ corripientes imitare.

Delibut⁹ ¶Notent E lõgis deducta vt delius delia belides ʒelotyp⁹ velites delibut⁹ a de & libuo verbo antiquo.j.vnguo naʒ delibut⁹ vnctus est q⁹ dam dicunt participiũ esse sine verbo. alii dubitant an cõpositum sit Hora. i tertio epodo hoc delibutis vita donis pellicẽ Serpẽtẽ fugit ali⁹ te Iambic⁹ trimeter cũ dimetro: vbi libu iambus est: quare nõ imita bor prudẽtiũ in pſycoma. dicẽtẽ delibuta comas: oculis vaga: lãguida

Elegans voce. Elegãs ab eligo nomen nã pticipiũ est eligens quidã male corri puerũt: Catull⁹ ad flauium. Ni sint illepidę atq; inelegãtes Ideʒ ad fa bullum. Sed qd suauius elegantiusve Et alibi. nec sane nimis elegan te lingua Marti. libro septimo. Sed tu dulcior elegantiorq; versus sũt

Elicius omnes phaleucij Elicius iuppiter ab eliciẽdo: vt in fastis Ouidi⁹ do⁊ cet. Elogiũ ꝓducit apud Vergiliũ in culice. Eadẽ rõne ꝓducit elixus

Delecto qa ex e & lib. i. cinis ignisq; apud veteres Mart. li. iii. Quid diuidebat

Deliciũ balneator elixus scaʒon est. delecto deliciũ deliciæ qa a delicio & hoc

Elysium a de & taciovñ elicio &c. Verg. Delicias dñi &c. Ellychniũ positione

Electra producitur vt ellipsis.

¶Exceptio

Delubrũ ¶Delubrum Oui. i. met. Ad delubra deæ

¶Elysiũ cũ y græco i scda syllaba hic elysius a um. Verg. li. vi. Mitti⁊ mur elysium & paucilæta arua tenem⁹ Electra mulieris ꝓpriũ vide i vocali ante vocalem Taygete properti⁹ libro. ij. Nõ electra suum sal

Electruʒ uum quum aspergit Orestẽ. Vulgo tamẽ habeť mẽdose Nec sic ele⁊ ctra suũ. &c ¶Electrũ oui. ij. met. Inde fluũt lachrymæ stillataq; so leti gescũt de ramis electra nouis Verg. viij. ęne. Quod fieri ferro liquido ve põt electro vers⁹ est spõdaicus vbi vulgo male legiť potestur sic i ci ri Coralio fragili & mouit lachrymoso electro similitet spõdaic⁹ ẽ vbi inepte legiť coralio fragili & lachrymoso mouit electro. testis mihi ẽ clarissim⁹ ille i re litteraria heros angel⁹ politian⁹ cui neqcq̃ cuʒ Sul⁊ pitio refregať Curius Lancilot⁹ & nicholaus ferettus quẽ pulchre re fellit becichem⁹ licet potestur & poterať olim dicta sũt qd Politanuʒ minime latuit: vt videbis in miscellaneis capite lxxi nõ tñ cõstat Ver giliũ. dixisse posteť & licet qñq; latini ω mega & н corripuerint forsi tan non cõtinuo id cõcesserim eos hoc feciſſe i electruʒ. Nos itaq; ele ctrũ semp ꝓduci dicam⁹ & hippiũ erraſſe fateamur vt i ꝑfatiõe dictũ ẽ quãtũcũq; aduersęť ferrett⁹ Quidã aspirãt helectra helectrũ. Elegia nũq̃ corripi satis ꝓbauim⁹ i i añ a. cõtra puer sã nõnullorũ doctrinam

Helias ¶Helias vide i añ a. ¶Helios sol vñ Helias adis. solis filia Oui. ij.

Helios met. Nec min⁹ heliades lugẽt & inania morti Munera dãt lachrymas sic heliodor⁹ heliotropiuʒ & siquid aliud ex eodẽ fõte deriueť. ¶He

Helisos lisabet a christianis variatur. Helisos variať: vide i ante s.

Melius ¶Melius meliꝰ viri ꝓpriũ apud philelphum. in sexta quintę. quãtu⁊ pulchra boni mors afferat, illę monebat, Melio te adiens morere iq⁊

nam nec olympũ ascendes&c.

¶Pelamys cũ y greco piscis quidã Iu.sat.vij.Siccus petasunculus & vas pelamydũ. ¶Pelion thessaliæ mõs rectissimę ꝓducit qa semel tm̃ corripit a Silio.li.iii.Ossaq; cũ pelio cunq; hęmo cesserit othrys Alibi quantũ scio semper producit:poterit tm̃ parcissime corripi Ouidi. xij met.Paruoq; in tpe nud⁹ Arboris orthis erat: nec habebat pelion vmbras hic nud⁹ gtm̃ regit.hinc pelias adis.ꝯ.hasta achilis thessali ouidius in primo de remedio.Vulneris auxiliũ pelias hasta tulit.at pelias ę lasonis patruus corripitur.Idem.vij.met phasias assimulat peliæ ꝙ ad lumina supplex.Confugit.peleus dissyllabum est vnde pelides quidam inter trisyllaba male reiecit nisi dieresin vt orpheus.

Pelamys
Pelion
Pelias
Pelignũ

¶Pelignũ Ouidij patria cui⁹ incolę peligni dicunt Marti.Nõ hæc pelignis agit videmia plis:sic cęteri ergo i.ij.li.epist.indoctę ita dicit petrarcha Sulmo sibi patria ẽ atq; i his mihi crede pelignis naso secũdus ad est. ¶Pelusiũ ęgypti vrbs & vnũ ex ostijs nili hĩc pelusius a.ũ. & pelusiac⁹ Luca.li.viij.Et peduciasi tã mollis turba canopi Marti.i xenii s Accipe niliacã pelusia munera lẽtẽ Sil.li.iij Castraq; pelusi Romano subruta ferro.pro pelusij.

Pelusius
Speiunca
Speleum

¶Spelunca Verg.vj.æne.Spelunca alta fuit vastoq; ĩmanis hiatu.

¶Speleũ Idẽ i buco.Certũ est i syluis iter spelęa ferarum Malle pati Apulei⁹ vult ẽt in prima esse diphthõgõ qa veteres sępe verterũt ʜ in æ diphthõgõ vt cęra scęna plæraq; sepeleũ.i.spelũca.

¶Teleboas viri ꝓpriũ Oui.xij.met.Cthonius quoq; teleboasq; Ense cadũt nro. ¶Teloæ etoliæ ppli & isulę quędam vide sebet⁹ e ãte.b. ¶Telebo⁹ viri ꝓpriũ Sil.li.vj Teleboi medio surgũt q̃ regna ꝓfũdo ¶Telocoon viri nomẽ Valeri⁹ flacc⁹ lib.iij.Anceus achelũ Sternit & elatę ꝓpi⁹ succedere dextre telecoenta sint. ¶Telegon⁹ viri nomen Properti⁹ li.ij.Quid petis ęęi mœnia telegoni. ¶Telemach⁹ ꝓpriũ viri Hora.vij.epist.Haud male telemach⁹ ples patiẽtis vlysse i ¶Telem⁹ viri ꝓpriũ Oui.xii.met.Telem⁹ eurymedes quẽ nulla fefellerat a les. ¶Telephus viri nomẽ Horat.i arte Telephus & pele⁹ quũ paup & exul vterq; Proijcit ampullas.Telo.i.pficio.

Teleboas
Teleboę
Telebo⁹
Telecoõ
telegõus
Telemachus
Telemus
Teleph⁹

¶Velabrũ loc⁹ Romę vbi optim⁹ flebat caseus q vel abrẽsis dicebat. Tibul.li.ij.Atqua velabri regio p3 ire solebat Marti.i xenijs.Nõ quẽ cũq; focũ nec fumũ caseus oẽm s3 velabrense q bibit iꝑe sapit In velabro oẽs ganeatę epulę parabant. ¶Velicer fluuj nomẽ Sido.in iij. panęgyrico Bructerus vluosa quẽ velicer abluit vnda bructerus ẽ populi nomẽ.

Velabrus
Velicer

Ae ante L Aelia Varronis pręceptor & regio & mulier.

¶Aeli⁹ viri nomẽ. ¶Aelian⁹ ꝓpriũ & appellatiuũ. ¶Aelea.

¶Aelurus.i.felis.

¶Bælua.cũ ae diphthõgo teste Gęorgio valla hinc beluin⁹ & bęlut⁹

Ae ante l

Hora. Belua multorũ capitũ es Sũt q gemino ll bellua scribãt sine di phthõgo inter quos est senẽsis credẽs hic bellũ dici.

Aelurus
Belua
Cælũ
Cælo
Cœluz

¶Cælũ cælãdi instrumẽtũ: sic cælo as sculpo Auso. li. i. ep. talia fecer ũt ferrea cæla deã. ¶Cælo as. i. sculpo siue signovnde vasa cælata dicun tur que ancęsa veteres appellabãt q; forẽt circũ cęsa hic cælũ mũdi ps lõge pulcherrima qa stellis cælatũ ẽ cui opinioni astipulat senẽsis. lij tñ a εοτλοp. i. cauum dici volũt teste Varrone iõ cũ œ diphthõgo scribũt cœlumhic cœlestis &c. & cęlebs alij sine dipthõgo celũ scribũt p cõtrariũ a celo. i. abscõdo nobis placet pria opinio vt p ae dipthõgõ cælũ scribat. ¶Celsꝰ. i. sublimis a cælo deriuari volũt hic p̃celsꝰ excelsꝰ q̃ alij a cello. i. cedo deducẽtes sine diphthõgo scribũt: id nobis placz at cællo ceculi. i. cędo cecidi diphthongon habet: vnde percællo præ cęllo, pcællo recęllo. Cella & quicquid est hic diphthõgo caret quia a celo. i. abscondo fit.

Cælius
Lælaps

¶Cælius viri & montis nomẽ Cælia mulieris propriũ.

¶Lælaps lælapis. cãis, ppriũ & forsitãt viri aliq̃n a lælaps lælapos. i. turbo inis q; velox sit vt turbo. oui. iij. met. Inde ruũt alij rapida velo cius aura Pamphagus & dorcheus & oribasꝰ archades oẽs nebropho nosq; v lens & trux cũ lęlapetherõ & pedibus pteralas & naribus vti lis agre hylæusq; ferox nup pcussꝰ ab a, p deq; lupoꝰ cepta nape ¶Læ liꝰ lęlia hoim ,ppria Marti. li. xii. Quidfacies oculo lælia nõ emit. Ni miũ decepit petrarchaz error seruianꝰ nã ausus est diphthõgon in p priis variare: nam. iij. aphricę ait Acriri, ppere lęliũ iubet. I licet ille af fuit. alibi nunc, pducit nũc corripit tu id ne feceris ne pctꝰ habere ne geris

Lælius
Lælia

O ante L

Oe ante L: Cœlius cœlia hominũ propria multi tamen per ę diphthongõ scribunt at cum lra selius selia e. iã hominum propria sine diphthõgo scribũt quia corripiunt vt ex Martiale facile dep̃hen des ¶Cœliaci & quciqdex κοιλοσ. i. cõcauꝰ deriuat vt cœlisyria. i. ca ua syria cœlistomia quod p ae quoq; recte scribi credit Calepinꝰ quẽ vide. ¶Chœliꝰ viri propriũ & choelia mulieris ,ppriũ trisyllaba p sy nęresin sũt natura suapte tetra syllaba esse dicunt: priꝰ ẽ apd Silliũ li. x. Posteriꝰ vero apd Vergi li. viij. æneidos. ¶Oelius.

Cœlisyria
Oœlistomia
Chœlius
Chœlia

¶Fœlix tã proorũ q̃ appellatiuũ sic fœlicitas fœlicito as. &c.

Fante M

Ante M corripitur vt gemo. at positione ,pducit plemmyri um cũ y greco in secũda syllaba fluui j nomen.

¶Eceptio

Producunt q̃ ab lra ẽt aspirata ichoant e vt eminꝰ hemia &c. hic tollũ tur verba emo & emio vñ redimere & redimire. ,pducũt quoq; dissyl labꝰ. tertię declinatiõis crescętia i gtõ vt schema nẽo. temo Sido. li. ix. Schema sic artis phaleraq; iungã saphicũ est: Thema lz qdã velint corripi: hinc epithema. i. superimpositũ pęnultima producta teste Ne

Thema

ſtore in dictione epitome· Arator lib.ij.dat & actio pauli ad vitæ præcepta viã ſic themate iuncto: himagis alterius ſoluerũt vocib⁹ ora ſic author argumẽtorũ Papinij quiſqs fuerit tandem Themate propoſito narrat thetis alma rapinã.

¶Hic excipiunt nem⁹ memor chremes themis femur Horati⁹. Ira tuſqꝫ chremes. Oui.j.met. dicthemi qua ꝑ generis damnũ reparabile noſtri Arte ſit. Verg.x.ænei. Eripit a fœmore & trepidãti feruid⁹ iſtat ita legẽdũ: ẽ nõ fœmine cõtra Seruiũ quia fœmẽ diphthõgon œ hꝫ teſte Neſtore femur ãt notum eſt ſemp corripi. Femur

¶Cremẽtũ vñ incremẽtũ Vergi. in buco. Chara deũ ſobelos magnũ touis incrementum. Cremẽtũ

¶Crema ę. apud Philelphũ in nona decimæ oppidi nomẽ eſt italiæ. Crema

¶Demo is dempſi ĩ ꝓterito teſtimoniũ facile occurret ¶Demũ aduerbiũ Perſi⁹ Nũc demũ numero &c. ¶Demos·i. popul⁹ hinc multa ſũt ꝓpria & appellatiua demodoc⁹ demophoon demoleõ demarchus demarchia demoſthenes democrit⁹ teſtimõia paſſim occurrent Iu.ſat.x. Eloquiũ aut faman demoſthenis aut Ciceronis. in quo hallucinatur ex quadam (vt ira dixeri inaiaduertẽria neotericorũ poetaꝝ ſaltẽ elegiacoꝝ princeps dicẽs: vñ fuit ꝓfugo vocitata demoſthene plębes ¶Demetrius apud Iuuenalẽ & alios viri ꝓprium ſic demenetur democles. &c. Demo Demum demos cũ ſuis đmoſthenes

¶Mnemoſyne muſaꝝ mateꝛ quicqd ei⁹ originis eſt iũgaꝛ. Ouidi. vi. met. Aure⁹ vt danaẽ aſopida luſerit ignis mnemoſynẽ paſtor variuſqꝫ deoida ſerpens Catul. ad aſiniũ. Verũ eſt mnemoſynũ mei ſodalis. j. monumẽtũ phal. ẽ Sido. ĩ epithalamio polemij Mnemoſinẽ europã ſemelẽ lędã cynoſurã. Actiñ ab e finiuit ĩ em cõtra oiꝫ authoritatẽ ſiqdẽ in en cæteri perpetuum finiunt. Memoſi Al. imbet

¶Phemi⁹ viri propriũ philelph⁹ in nona primæ Sic fertur phemius oliꝫ eſt finis verſi⁹. ſiqd fiat apheme. i. fama vt polyhem⁹ producitur. Phemius

¶Remex rem⁹ remigo. as remigiũ Properti⁹ li.ii. Iam licet & ſtygia ſedeat ſub arundine remex Verg. i. æne Franguñ remi ſic rẽi oꝛ op pidũ galiæ nõ ĩ decliabiliter remis vt inocti dicũt. Sido. in eu chariſtico. Pręterea q̃ me pridẽ remos veniẽtẽ ¶Rhem⁹ turni miles. Verę ne. ix. Armigerũqꝫ p̃mit rhemi aurigamqꝫ ſub ipſis. At rem⁹ romuli frater corripiť Perſius Vnde rem⁹ &c. Remigius viri ꝓpriũ puto ꝓducia remex remigis. Remex. Remus Remit Rhemus Remigu Remus

